



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Tract. VI. De Sacramento Extremæ Vnctionis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)



TRACTATUS SEXTUS.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

A quæstione 29. supplementi, usque ad 34.

P R Æ F A T I O.



POSTQVAM ea qua par erat aut potuimus perspicuitate & diligentia, de Sacramento Pœnitentiæ, ejusque varijs partibus, superiori tractatione egimus, recta doctrinæ methodus & ordo postulante, ut de Extremæ Vnctionis sacramento, ultimo quo morientes homines muniuntur, & æternitatis sibi viam parat, disseramus. Enim vero, si utriusque sacramenti munera, quæ ex Christi prima institutione sortiuntur, expendamus; erit sane nemini dubium, quin hoc postremum, alterum prius conlequi debeat, cum pœnitentiæ consummatio quædam & ultimum complementum, sacra hæc & extrema unctio, semper existimata sit. Idque etiam sapienter Concilium Tridentinum advertit sess. 14. ubi cum eam methodum qua nos utimur usurparet, rationem subiungit, his verbis: *Primum est sanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de pœnitentiâ, adjungere ea quæ sequuntur de sacramento Extremæ Vnctionis, quod non modo pœnitentiæ, sed & totius Christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentiâ esse debet, consummativum existimatum est à Patribus.* Sed operæ pretium erit utriusque sacramenti vel peccato mortuorum, vel vitæ morientium, paucis collationem inire: hinc enim palam fiet, eam esse utriusque cognitionem & fœdus, ut minimè sejungi debeant, aut commodè possint. Et primum quidem sacramentum Pœnitentiæ ad delendas peccatorum maculas, eluendas sordes, curandos animorum morbos, fuisse institutum, nemo nescit: sed præterea desiderari poterat, & necessarium videbatur alterum sacramentum, quod peccatorum, sordiumque ac morborum reliquias, quæ nondum summam munditiem, integramque sanitatem consecutis hære solent, detergerentur: id verò munus est sacræ morientium unctio-
nis, eaque vis: nam ut inquit Tridentinum: Res & effectus hujus sacramenti, gratia est Spiritus Sancti, cujus unctio delicta si quæ sint expianda, ac peccati reliquias abstergit. Vnde non immeritò pœnitentiâ, cujus vel ipsam nomen pœnam, laborem, crucemque significat, acre & mordax vinum esse dixeris, quod pius Samaritanus vulneribus curandis infundit: Sed quis neget Extremæ Vnctionis sacramentum adhibere oleum quo liniantur & foveantur vulnera, & in moriente homine integra sanitas animæ recuperetur.

Sed præter eam collationem exemplo confirmatam, altera sponte & pene non cogitantibus sese offert. Nos equidem è servitute Dæmonis, à quo detinebamur captivi, cui veluti servi eramus addicti (à quo enim quis iuperatus est, hujus & servus effectus est) sacramentum Pœnitentiæ eripit, & veluti catenis exoneratos, vinculisque exsolutos, in libertatem filiorum Dei asserit: Sed non adeò suis juribus, etsi summa iniuria, in hominem infinito sanguinis Christi pretio redemptum, gratia exornatum, Deique filium, præteritis Dæmon cessit, ut non iterum atque ite-

Tom. IV.

Mmm ij

rum

PRÆFATIO.

rum sæpius pugnam instauret, ac potissimum ultimo mortis articulo, cū iam ultima res agitur, nec semel amissa victoria postea recuperari unquam potest: tunc enim viribus omnibus quibus valet enititur, conatum omnem adhibet, nihilque non tentat. Sed non defuit supremo periculo piissimus Dominus, sacri Christiatis extrema unctio, felicius quàm olim in palæstris fieri solitum esset, pugnaturum hominem, velut athletam in agone vel agonia constitutum, ad incundam contra Dæmonem pugnam inungit, & ad victoriam reportandam vires addit. Sed hæc accipe elegantius a Tridentino Concilio quàm à me dici possent. Clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia hostium tela esse præparatis, quemadmodum auxilia maxima in sacramentis aliis preparavit, quibus Christiani conservare se magis, dum viderent, ab omni graviore spiritus incommodo possent: ita Extreme Unctionis sacramentum, finem vite tanquam firmissimo quodam præsidio munivit. Nam etsi adversarius noster accipere per omnem vitam querat, & capiet, ut devorare animas quoquo modo possit; nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes sue versutiae nervos intendat, ad perdendos penitus, & à fiducia etiam, si per ipsius divinæ misericordiae deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vite perspicit.

Sed demum ultimam collationem, quæ iniri potest, præterire non debeo. Sacramentum Poenitentiae secundam post naufragium tabulam Patres vocant, quæ per turbatum mare, cum naufragii metu & periculo, ad æternitatis portum tendimus; sed Extreme Unctionis sacramento, ipsum æternitatis portum attingimus, & patriam salutamus; cū id eximium & singulare hoc sacramentum habeat, ut salutis spem roborat, divinæ misericordiae fiduciam, ut inquit Tridentinum, in nobis excitet, & ad introitum gloriæ hominem disponat. Vide non immerito, ut Baptismus sacramentum fidei, Eucharistia sacramentum amoris, ita Extreme Unctio, sacramentum spei nuncupari potest.

Hæc habet (AMICE LECTOR) quæ præfationis loco, & quaecumque hujus Tractatus de sacramento Extreme Unctionis ornamentum scriberem. Hic verò erit nostrarum Disputationum ordo. Post defensam contra Hæreticos hujus sacramenti existentiam, illius essentiam postea explicabo, & qua materia & forma componatur: subinde præcipuos eius effectus assignabo, ac demum de subiecto & ministro, ultimo loco disputabo.





DISPUTATIO PRIMA. De existentia & essentia hujus Sacramenti.

Circa huius Sacramenti existentiam gravissima sese offert contra huius temporis haereticos, negantes Extremam-unctionem quae solet in Ecclesia adhiberi infirmis de vita periclitantibus, esse verum novae legis Sacramentum, contra veritas, quam articulo sequenti resolvemus, & postea de eius essentia disserimus, & quae sit huius Sacramenti materia & forma declarabimus.

ARTICULUS I.

An extrema-unctio quae solet in Ecclesia adhiberi infirmis, sit verum Sacramentum?

Extremam-unctionem quae in Ecclesia infirmis de vita periclitantibus solet adhiberi, verum esse novae legis Sacramentum, negarunt primò Waldenses, & Albigenes, deinde wiclefus 4. libro Trialogi cap. 25. ubi negat hoc Sacramentum fuisse à Christo vel ab Apostolis institutum. Eundem errorem secuti sunt huius temporis haeretici, praesertim Lutherus & Calvinus; hic enim lib. 4. instit. cap. 19. docet hanc unctionem ad solam gratiam curationum pertinuisse, quae tantum duravit tempore Apostolorum. Ille verò libro de captivitate Babilonica, in hoc Sacramentum sic invehitur: *Si unquam, in Extrema-unctione nunc praecipue dilaxatum est. Fingunt enim, ex hac Apostoli sententia, si quis infirmatur &c. à nobis oportere hominem ungi, cum non Sacramentum, sed figmentum sit.* Ut hic error refellatur, & veritas Catholica stabiliatur, sit

§. I.

Conclusio affirmativa statuitur

Dico igitur, Extremam-unctionem quae solet in Ecclesia adhiberi infirmis de vita periclitantibus, esse verum Sacramentum.

2. Probatum primò: Signum sensibile permanentiter institutum, cum promissione gratiae per illud conferenda, est verum Sacramentum. Sed Extrema-unctio, prout usurpatur in Ecclesia, & à D. Iacobo describitur, tres illas condiciones habet: Ergo est verum Sacramentum. Major patet, Minor probatur ex ipsis verbis Iacobi, quae si rectè perpendantur, insinuant tria illa ad veram Sacramentationem requisita; sic enim habent: *Infirmitatem quis in vobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei salvabit infirmum, & allevabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.* Ubi habetur primò Signum externum & sensibile cum dicitur, *Ungentes eum oleo in nomine Domini*, secundo institutio constans & permanens, quando absolute dicitur: *Infirmitatem quis in vobis*, quae verba sine temporis limitatione Christianis omnibus cuiusque sexus dicta

A esse patet ex antecedentibus & consequentibus, quae non minus ad nos spectant, quam ad eos qui tunc vivebant; neque ullum est indicium restrictionis illorum verborum ad solos praesentes. Tertio promissio gratiae mediante ritu illo ac signo sensibili & externo conferenda, ibidem habetur, cum subditur: *Oratio fidei salvabit infirmum: & allevabit eum Dominus, si in peccatis est, remittitur eis*: Peccata enim non remittuntur, nisi per infusionem gratiae. Unde Innocentius III. cap. *Cum venisset*, de Sacra unctione, docet extremam unctionem interioris invisibilisque unctionis signum esse, *si digne sumatur vel agitur, vel augeat quod designat*, hoc est vel producit primam gratiam, forte illam non invenit propter aliquod peccatum invincibiliter oblitum; vel augeat, si eam invenit.

B Respondent aliqui, Epistolam illam D. Iacobi esse dubiae fidei. Sed contra est quod Hieronimus Epist. ad Paulinum, Augustinus 2. de doctrina Christiana cap. 8. & alij, talem Epistolam ut canonicam accipiunt, ipsique Calvinistae illam inter libros Scripturae canonicos jure numerari non negant, sed expresse fatentur art. 3. Confess. suae Gallic.

C Alii respondent. D. Iacobum in illis verbis *si in peccatis fuerit, remittentur eis*, non voluisse significare quod remissio peccatorum sit ex divina promissione effectus illius unctionis, sed solum quod Apostoli sive Presbyteri tunc temporis viventes, hac unctione ad curationem morborum corporaliū miraculosa utentes, infirmos simul admonerent, morbi causam solere esse peccata, eosque excitabant ad querendum eorum remissionem per poenitentiam & fidem, ut ita & secundum animam, & secundum corpus toti sani fierent. Addunt ex Calvino, Apostolos oleo potius quam alia se iles fuisse ut esset signum, miraculosa aegritudinis corporalis curationem, fieri non viribus hominis, sed potentia Spiritus Sancti; constat enim oleo significari Spiritum Sanctum.

D Sed contra primò: Dato & non concesso, quod eo duntaxat modo indicare voluisset Apostolus tribui remissionem peccatorum in illa unctione, inde tamen non possent sectarij inferre, eam non fuisse verum Sacramentum; docent enim gratiam in Baptismate & Eucharistia non causari ex opere operato, sed tantum per fidem & poenitentiam excitatam in animis per Ministri Evangelici vocem in usu illorum Sacramentorum.

E Contra secundo: Figmentum est haec interpretatio, sine fundamento in cerebris Sectariorum fabricatum; nullum enim est verbum in tota Epistola de tali Ministrorum admonitione, quae fidem & poenitentiam excitet in infirmo illud autem quod addunt ex Calvino, probat, si quid probet, Apostolos debuisse in omni curatione miraculosa uti oleo; quandoquidem nulla est assignabilis,

bilis, quæ non esset effectus Spiritus sancti.

6. Probat secundum conclusio autoritate, & traditione veterum Patrum, & Consiliorum, qui Extremam-Uñctionem Sacramentum vocant, & cæteris Ecclesiæ Sacramentis verè ac propriè dictis annuerant. In primis enim Tertullianus antiquissimus author lib. 1. contra Marcionem, Baptismi, Extremæ-Uñctionis, & Eucharistiæ mentionem facit, his verbis: *Nec aquam* (Christus) *reprobavit quæ suos abluunt, nec oleum quo suos unxit, nec mellis & lactis societatem, quæ suos insantat, nec panem quo ipsum suum corpus representat.* Augustinus etiam lib. 5. de Baptismo cap. 20. quatuor agnoscit Sacramenta novæ legis, nempe Baptismum, Extremam-Uñctionem Eucharistiam, & Pœnitentiam, ait enim: *Si ad hoc valet quod dictum est in Evangelio, ut per peccatorem Sacramenta non celebrentur: quomodo exaudiat homicidam deprecantem vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super caput eorum quibus manus imponuntur? nimirum per reconciliationem?* Et serm. 215. de tempore ante medium, Extremæ-Uñctionis usum & effectum Sacramentalem commendat, his verbis: *Quoties infirmitas aliqua supervenerit, corpus & sanguinem Christi ille qui egrotat accipiat, & inde (scilicet) corpusculum suum unget, ut illud quod scriptum est impleatur in eo, infirmetur quis ex vobis &c.* Et expressius Author tractatus de rectitudine Catholicæ fidei, inter ejus operatorem 9. *Qui egrotat, in sola Dei misericordia confidat, Eucharistiam cum fide & devotione accipiat, pleniusque benedictum ab Ecclesia petat, unde corpus suum ungetur, & secundum Apostolum oratio fidei salvabit infirmum.* Sic etiam inter Græcos Chrysostomus lib. 3. de sacerdotio, ex eodem Jacobi loco probat Sacerdotes non solum cum nos regenerant, sed & postea potestatem habere indulgendi peccata, cum nos unguunt. Item Innocentius I. Augustini contemporaneus, & ab eodem nec non à Chrysostomo & Hieronymo mirificè commendatus, interrogatus à Decentio Eugubino Episcopo, utrum Extrema-Uñctio danda esset pœnitentibus quibus cætera Ecclesiæ Sacramenta negabantur? Sic respondet in Epistola ad ipsum scripta cap. 8. *Pœnitentibus istud infundere non potest (oleum scilicet Extremæ-Uñctionis) quia genus est Sacramenti: Nam quibus reliqua Sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?* Petrus Damianus serm. 1. in Dedicatione Ecclesiæ: *Tertium (inquit) Sacramentum est unctio infirmorum.* Demum D. Bernardus in vita S. Malachiæ, circa finem, refert illum in fine vitæ hoc Sacramentum postulasce.

7. Addo consensum Ecclesiæ Græcæ cum Latina, nam in Consilio Florentino, ex utraque Ecclesia Græca & Latina coacto, Extrema-Uñctio inter novæ legis Sacramenta numeratur, ejusque materia, forma, proximum subiectum, & minister recensentur. Et Nicolaus Cabasilas in compositione Liturgiæ cap. 29. agnoscit Extremam-Uñctionem esse verum Sacramentum, sic enim ait: *Peccatorum remissionem & ultimum olei Sacramentum perficit Sacerdotum oratio; & hoc Apostolicam traditionem habere addit, probatque ex verbis Jacobi supra adductis.*

8. Ex his liquet mentiri Kemnitium, aliosque Sectarios, dum dicunt Extremam-Uñctionem institutam fuisse à Felice IV. nam Innocentius I. eo longè antiquior, & alij Patres supra relati, ex-

A preflam illius mentionem fecerunt, & Consilium Nicænum primum can. 69. Arabico, metens olei infirmorum, ipsumque à Chrismate & cæteris Catechumenorum distinguit, cum ficit: *Trid. ad hoc anno debet. Sacerdos benedicere aquam & oleum, non sicut fit in Baptismo, neque sicut benedixit Chrismata, sed sicut oleum infirmorum.*

His accedit ratio congrua, infirmis à Tridentino sess. 14. tradendo doctrinam de Sacramentis Extremæ-Uñctionis. Cum enim articulis mortis multis de causis sithomini formidabilis, tum propter conscientiam peccatorum totius, tum præteritæ, & timorem divini iudicii; tum propter tentationes Dæmonis fortius tunc infirmis, quia modicum tempus videt se habere, ac deum propter ipsius morbi gravitatem, & mortis imminentis horrorem, infinitam Christi bonitatem & curam ac providentiam quam de nostra salute habet, maxime decuit, ut Sacramentum illud institueret, tum ut eius virtute infirmis peccata relaxaret, ac molestias morbi patienter ferendas; tum ut fortiores fierent ad tentationes eo tempore occurrentes superandas, tum denique, ut si forte aliqua haberent peccata immemoriter ignorata, efficaciam illius remitteretur. Quam rationem eleganter Tridentinum loco citato, his verbis expressit: *Clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia omnium hominum tela esse præstitutum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparavit quibus Christiani conservant se integros dum viverent ab omni graviore spirituali commodo possint: ita Extrema-Uñctionis Sacramentum finem vitæ tanquam firmissimo quodam præsidio munivit: Nam etsi adversarius noster occasiones per nos vitam quarat & capiet, ut devotate animam, etas quoque modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille nos per suam suavitatem incutiat ad perdendos nos penitus, & a fiduciam (scilicet) misericordia divina deturbandos, quam cum impendit nobis exitum vitæ perspicit.*

D §. II.

Solvuntur objectiones Hæreticorum, & à qua, & quando, Sacramentum Extremæ-Uñctionis institutum fuerit, breviter explicatur.

OBJiciunt primò Calvinistæ: Unctio de qua loquitur D. Iacobus, erat solum ad curationem corporis, per donum miraculorum, quod tunc erat in Ecclesiâ: Ergo non erat verum Sacramentum. Consequentia patet, Antecedens sic probant. Eandem Iacobus præscribat unctionem, ac ea de qua loquitur Marcus cap. 6. quando dicit loquens de Apostolis à Christo ad prædicandum missis, quod *ungebant oleo multos agros & sanabant*: Sed unctio ista erat tantum curatio, non verò Sacramentalis: Ergo & illa.

E Respondeo negando Majorem, Apostolus enim expressè loquitur de remissione peccatorum, ut patet ex illis verbis, *si in peccatis sit, remittentur ei*: Ergo non loquitur tantum de curatione corporis per donum miraculorum. Ad probationem in contrariam, nego etiam Majorem, nam unctio de qua loquitur Iacobus, debet fieri per Sacerdotes, ut constat ex verbis illis, *inductis Presbiteris Ecclesiæ, & orant super eum*: cum vero Discipuli Marci 6. ungebant multos agros; non erant Sacerdotes, sed diu post prædicaverunt mortis Christi, etenim in nocte cenæ primæ Sa-

cerdotes Evangelici instituti fuisse. Item unctio illa quæ Marci 6. Apostoli utebantur ad ægros sanandos, indiscriminatim applicabatur omnibus tam fidelibus quam infidelibus; imo præcipue instituta fuisse videtur propter infideles, ut hi per miracula quæ experiebantur in corpore, converterentur ad fidem: unctio vero de qua loquitur Iacobus non nisi fidelibus baptizatis adhiberi debet, ut docet Innocentius I. Epistolâ supra citatâ ad Decentium Episcopum Eugubinum, & colligitur ex verbis illis Apostoli, *infirmatur quis in vobis*, hæc enim verba ad solos Christianos & fideles directâ videntur, non vero ad infideles & paganos, præsertim cum statim subiungat, *inducat presbiteros Ecclesie*. Unctio ergo illa quæ utebantur Discipuli Marci 6. non erat Sacramentalis, sicut Ioannis Baptismus figura erat Baptismi Christi, ut insinuat Tridentinum sess. 14. cap. 1. de Extrema-Untione: Unctio vero de qua loquitur D. Iacobus est vere Sacramentalis, cum habeat tria ad rationem Sacramenti requisita, esse nimirum symbolum externum, permanentiter institutum, cum promissione gratiæ per illud conferendæ, ut supra ostensum est.

11 Instant Sæctarij: Unctio de qua loquitur D. Iacobus longe diversa est ab ea quæ solet in Ecclesia Romana adhiberi infirmis de vita periclitantibus; requirit enim Iacobus plures Sacerdotes, nos vero unum; tribuit salvationem infirmi orationi, nos vero unctiõni; requirit fidem in eo qui inducitur super ægrotum, docemus autem Sacerdotem etiam hæreticum posse hoc Sacramentum valide administrare; denique loquitur de unctiõne quibuslibet infirmis adhibenda, nostram autem unctiõnem non adhibemus nisi infirmis de quorum morte timetur, ut præscribitur in Florentino: Ergo ex verbis illis D. Jacobi male colligimus unctiõnem quæ in Ecclesia Romana infirmis solet adhiberi, esse verum novæ legis Sacramentum.

12 Respondeo negando Antecedens, & ad illius probationem, in primis dico, Apostolum requirere plures sacerdotes, non ita ut velit pluralitatem eorum esse necessariam ad ministerium unctiõnis de qua loquitur, sed ut indicaret solum eam esse valde decentem propter reverentiam & solemnitate Sacramenti. Secundo dico: Iacobum tribuere & unctiõni & orationi tanquam integro sacramento salvationem infirmi, quod & nos asserimus de nostra, quia oratio in nostra doctrina est forma, unctio vero materia istius sacramenti. Tertiõ, nego quod Apostolus requirat fidem in ministro unctiõnis de qua loquitur, licet enim dicat quod oratio fidei salvabit infirmum, tamen non ob fidem Ministri sic vocat ipsius orationem, sed quia ut est pars sacramenti, magnum fidei mysterium continet; quia solâ fide ejus virtus cognoscitur, & pro solis fidelibus, cum unctiõne cuius est forma, instituta est. Denique licet Apostolus loco citato non determinet quinam debeant esse infirmi quibus administrari oporteat illa unctio, colligitur tamen hæc determinatio non solum ex consuetudine Ecclesiæ; sed etiam ex fine huius remedii supernaturalis, licet minus principalis, qui est sanitas corporalis; ex hoc enim sequitur, illis duntaxat esse applicandum istud sacramentum tanquam remedium supernaturale, qui non obstantibus remediis naturalibus, summo studio & arte adhibitis, infirmi

sunt, & in periculo vitæ constituti; siquidem isti soli dicuntur ad sanitatem corporalem indigere remedio supernaturali, quale est usus istius Sacramenti.

Obijciunt secundo: Omnia Sacramenta novæ legis immediatè à Christo instituta sunt: Sed Extrema-Untiõ quæ solet in Ecclesia Romana adhiberi infirmis de vita periclitantibus, non est instituta immediatè à Christo: Ergo non est verum novæ legis Sacramentum. Major est certa, Minorem verò probant sæctarij, ex eo quod apud nullum Evangelistam sit huius Sacramenti mentio, nam unctio illa ægrotum cuius meminit Marcus cap. 6. non fuit Sacramentalis, sed figura tantum huius Sacramenti, ut supra ostensum est: At si hoc Sacramentum fuisset à Christo immediatè institutum, sicut aliorum Sacramentorum, ita & huius mentionem fecissent Evangelistæ; cum enim Sacramenta sint prima fundamenta, & basis cui tota Christiana religio innititur, quàm maxime debuerunt ab Evangelistis narrari. Addunt non posse designari tempus in quo Christus Sacramentum istud instituerit.

Huic argumento respondebant olim quidam antiqui Theologi, negando Majorem; existimabant enim Sacramenta Confirmationis & Extremæ-Untiõnis fuisse ab Apostolis ex Christi commissione instituta. Ita Hugo à S. Victore lib. 2. de Sacram. Magister in 4. dist. 23. Alensis 4. part. quæst. 8. art. 1. D. Bonaventura eadem dist. art. 1. quæst. 2. & alii. Verum post definitionem Tridentinâ hæc sententia erronea est, Concilium enim sess. 7. de Sacramentis in genere can. 1. sic ait, *Si quis dixerit Sacramenta novæ legis non fuisse ordinata à Iesu Christo Domino nostro instituta, &c. anathema sit*, & sess. 14. de Sacramento Extremæ-Untiõnis can. 1. similiter sub pena anathematis damnat eum qui dixerit, Extremam-Untiõnem non esse verè & propriè Sacramentum, à Christo Domino nostro institutum, & à B. Jacobo Apostolo promulgatum. Et quamvis Concilium in definienda hac veritate non utatur particulâ *immediatè*, tamen tum ait, hoc Sacramentum fuisse à B. Jacobo promulgatum, ostendit, non fuisse ab ipso institutum. Nam si ab aliquo Apostolo fuisset institutum, maxime à B. Jacobo, qui solus in sua Canonica huius Sacramenti mentionem facit. Ergo dum hunc Concilium excludit, à fortiori etiam reliquos Apostolos excludere videtur. Ad id, quod, sicut Christus fuit immediatus fundator Ecclesiæ, ita decuit, ut esset immediatus author & institutor omnium Sacramentorum, quæ sunt prima Ecclesiæ fundamenta. De quo fusiùs in Tractatu de Sacramentis in communi. Hæc ergo solutiõne prætermittitur.

Ad objectionem respondeo, concessâ Majori, negando Minorem; ad ejus verò probationem respondet S. Thomas hic quæst. 29. art. 3. ad 1. quod multa Dominus fecit & dixit quæ in Evangelistis non continentur. Illa enim præcipue curaverunt Evangelistæ tradere, quæ ad necessitatem salutis & Ecclesiæ dispositionem pertinebant, & ideo potius institutionem Baptismi, & Penitentia, & Eucharistiæ, & Ordinis sacramentis à Christo narraverunt, quàm Extremæ-Untiõnis, vel Confirmationis, quæ neque sunt de necessitate salutis, neque ad dispositionem sive distinctionem Ecclesiæ pertinent. Multa ergo sunt quæ Christus ore tenus per Apostolos tradidit Ecclesiæ, unde Actor. 1. dicitur quod Christus post resurrectionem per quadra-

gnita dies apparuit Discipulis, & cum eis convalescens locutus est de regno Dei, non triumphantis tantum Ecclesiam, sed potissimum militantis, instruens & erudiens eos de omnibus ad Ecclesiam gubernationem pertinentibus. De quo fuse in Tractatu de virtutibus Theologicis disp. 2. art. 2. ubi de Apostolicis traditionibus egimus.

16 Ad id quod addunt Sectarii, nempe non posse designari tempus in quo Christus Sacramentum Extremæ-Unionis instituerit, respondent aliqui, Christum illud instituisse Marci 6. quando Apostolos ad prædicandum misit cum potestate sanandi infirmos per sacram olei unctionem. Hac enim unctione (inquiunt) utebantur Apostoli ex præscripto Christi, non tantum ad salutem corporum, sed præcipue ad salutem animorum, quæ potissimum per hæc miracula à Christo intendebatur. Unde communis Patrum & Theologorum sententia est, Christum nullum sanasse in corpore, quin etiam sanaverit in anima, ut patet de paralytico à Christo sanato in probatica piscina Joan. 5. cui post sanitatem corporis restitutam, dixit: *Ece jam sanus factus es: jam noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat.* Idem constat de cæco illuminato Joan. 9. quem postquam Christus corporaliter illuminavit in oculis, spiritualiter illuminavit in mente, dum illum ad credendum in filium Dei induxit. Ita Nugno hic difficult. 2. qui confirmat hanc sententiam ex Tridentino sess. 14. de doctrina Extremæ-Unionis cap. 1. ubi ait hoc Sacramentum, apud Marcum quidem fuisse insinuatum, per Jacobum autem Apostolum & Domini fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum. Hoc enim Sacramentum insinuari, idem sonat ac eius institutionem subindicari.

17 Verum hæc sententia non videtur probabilis, quia, ut supra ostendimus, unctio illa qua utebantur Apostoli Marci 6. non erat sacramentalis, tum quia fiebat ab Apostolis antequam essent Sacerdotes, tum etiam quia indiscriminatim omnibus tam fidelibus quam infidelibus applicabatur. Cum verò Tridentinum ait, hoc Sacramentum fuisse apud Marcum insinuatum, solum vult, illud fuisse tunc adumbratum & figuratum, eo modo quo dicitur Baptismus Christi fuisse insinuatus in Baptismo Joannis, quia hic fuit umbra & figura illius.

18 Respondent alij, Christum instituisse Sacramentum Extremæ-Unionis in nocte cenæ, quando ordinavit Apostolos in Sacerdotes, qui soli sunt huius Sacramenti ministri. Sed multo probabilius est, non fuisse hoc Sacramentum à Christo institutum ante suam resurrectionem. Tum quia hoc Sacramentum supponit in Ministro potestatem remittendi peccata, quam Christus non contulit Apostolis, nisi post suam resurrectionem, cum nempe illis dixit Joan. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Tum etiam, quia cum Sacramentum Extremæ-Unionis sit completivum & consummativum Sacramenti penitentiae, eiusque effectus supponat effectum Sacramenti penitentiae, non fuit conveniens quod ante istud institueretur; unde probabilius est, unà cum Sacramento penitentiae, & consequenter ad illud, Sacramentum Extremæ-Unionis fuisse à Christo institutum. Nec refert quod Christus potuerit hoc Sacramentum ante suam passionem instituire, & cum Apostolis dispensare, ut nondum Sacerdotes consecrati hoc Sacramentum ministra-

rent; nulla enim cogit necessitas hanc dispensationem admittendi.

ARTICVLVS II.

Quæ sit materia & forma Sacramenti Extremæ-Unionis?

§. I.

Materia remota huius Sacramenti

B Dico primo, materiam remotam Sacramenti Extremæ-Unionis esse oleum ab Episcopo benedictum Ita Florentinum in decreto de unionem Armenorum, & Tridentinum sess. 14. cap. 1. de Extremæ-Unionione, constatque ex verbi la-cobi, *Ungetes eum oleo*, quod Florentinum dicit debere esse oleum olivæ, quia oleum propriè simpliciter dictum, quale est illud quod præscribit Apostolus, ex vi vocis, & in communimodo loquendi, significat oleum solum quod ex olivarum bacis exprimitur; sicula aqua naturalis est materia Baptismi, & solum panis vitæ, & vinum de vite, sunt materia Eucharistiæ, quia aqua simpliciter dicta, significat in communimodo loquendi solum naturalem panem, solum panem triticum, & vinum, solum vinum vitæneum. Quam aptè verò oleum pro huius Sacramenti materia à Christo assumptum fuerit, eo patet, quod aptissimum est ad significandum varios illius effectus. Oleum enim dolorem mitigat, ægritudinem lenit, hilaritatem affert, ruius membris consiliat, luminis pabulum est, & in Scriptura pinguedinem spiritus & gratiæ interiori designat. Unde Theophylactus in 6. cap. Marci: *Sicut oleum* (inquit) *& ad labores viam, & lucis fomentum, & hilaritatis est effusum: in & Dei misericordiam, & gratiam Sancti Spiritus, per quam à labore liberamur, & lucem, & gaudium, hilaritatemque spiritualem, quam accipimus, significat.*

Quod verò oleum debeat esse ab Episcopo benedictum, habetur ex traditione Apostolica, ut testatur Beda in cap. 6. Marci, his verbis: *Patet ab ipsis Apostolis huius, sanctæ Ecclesiæ rem esse traditum, ut emergenti, vii aq quatuor agroti ungantur oleo, Pentecostali benedictione consecrato* Idem constat ex Epistola Innocentii III. ad Decentium Eugubinum, & ex Concilio Wormatiensi cap. 72. & Aquisgranensi sub Ludovico Pio Imperatore, tit. 2. cap. 8. colliguntur et Nicæno primo can. 69. Arabico, articulo præcedenti relato.

Ratio etiam suffragatur, cum enim materia Extremæ-Unionis elevari debeat, sicut materia Confirmationis, ad causandum plenitudinem gratiæ (non solum enim gratia quæpi causas est incompossibilis cum peccato, sed etiam tollit eas reliquias, ad quod requiritur aliqua plenitudo) congruum fuit, ut prius ab Episcopo benediceretur & consecraretur, sicut materia Confirmationis. Unde non est eadem ratio de materia Baptismi, ac de materia Extremæ-Unionis. Materia enim Baptismi non debet prius necessario consecrari, tum ob summam huius Sacramenti necessitatem, tum ob defectu consecrantis superfluitatem, ne scilicet defectu consecrantis superfluo privaretur æterna salute: tum etiam, quia ipse semet Christus suo usu & ritu quam sanctificavit, cum in Jordane baptizatus est. Contra vero

cum sacramentum Extremæ-Unionis non sit A
tanta necessitatis, sicut Baptismus, & illius ma-
teria contactu Christi sanctificata non fuerit,
conveniens est, eam prius Pontificali benedictione
sanctificari & consecrari.

22. Hæc sunt certa & indubitata apud Theologos.
Sed difficultas est primo, an oleum sit essentialiter
necessarium? Ratio dubitandi est, quia Glossa
can. 2. dist. 9. docet Chrisma sufficere. Et Inno-
centius I. sequenti canone 3. sumptum ex Epistola
ad Decentium cap. 8. significat Extremam-Un-
ctionem fuisse solitam fieri chrismate.

Respondeo oleum esse materiam essentialiter
necessariam. Nam Concilia Florentinum & Tri-
dentinum illud assignant ut materiam, & nun-
quam Ecclesia Græca vel Latina sine oleo Sacra-
mentum hoc conficit. Glossa vero & Innocen-
tius In nomine Chrismatis intelligunt simplicem
unctionem; Chrisma enim Græcè, Latine un-
ctionem significat, à verbo *χρίω* quod est ungo.
Unde in Pontificali Romano in benedictione o-
lei infirmorum, simplex oleum appellatur Chri-
ma: *Ut sit* (inquit) *Chrisma tuum per sanctum Domine*
nobis.

Dubitatur secundo, an saltem oleum balsamo
mixtum, sit valida materia huius Sacramenti?

23. Respondeo affirmative, modo per talem mix-
tionem olei naturæ, vel ipsius communis usus
non corrumpatur. Sicut enim mixtio aquæ, vel
alterius liquoris vini naturam non corrumpentis,
materiam calicis non tolligit nec mixtio Balsa-
mi, alteriusve liquoris, olei naturam non corrumpentis,
materiam Extremæ-Unionis tollit. Unde in casu quo
non posset haberi simplex oleum, posset sacerdos ad hoc sacramentum conficiendum
uti Chrismate.

24. Dubitatur tertio, utrum benedictio Episcopi
sit de essentia sacramenti, vel tantum de præce-
pto? Victoria enim in Summa de Sacramentis in
216. Emanuel Sa verbo *Extremæ-Unionis* in antiqua
impressione Colonienfi anno 1599. & Glossa in
cap. 2. dist. 95. dicunt illam esse tantum necessari-
am ex præcepto; alii vero Theologi communi-
ter docent, illam essentialiter requiri. Existimo
ergo, essentialiter quidem esse huius sacramenti, ut
oleum sit aliquo modo benedictum ab Episco-
po, non requiri tamen ad huius sacramenti es-
sentiam, quod sit benedictum ab Episcopo im-
mediate, sed sufficere quod sit ab illo benedictum
mediate, id est per sacerdotem ex ipsius commis-
sione.

25. Prima pars huius resolutionis constat ex supra
dictis, & colligitur manifestè ex Conciliis Floren-
tino & Tridentino supra citatis, quæ expressè di-
cunt, materiam huius sacramenti esse oleum ab
Episcopo benedictum. Nec possunt explicari de
materia necessaria solum necessitate præcepti;
tum quia distinctè materiam huius sacramenti
contra hæreticos assignant; tum etiam quia dum
assignant materiam huius sacramenti, in recto as-
signant oleum ab Episcopo benedictum; contra
verò cum materiam calicis exponunt, non as-
signant vinum aqua mixtum, sed vinum, cui modici-
sima aqua admisceri debet, ut loquitur Florentinum.
Tridentinum verò sess. 22. cap. 7. expressè ait,
præceptum tantum esse Ecclesiæ, ut sacerdotes
aquam vino in calice offerendo misceant.

26. Secunda verò pars ex eo probatur, quod Gra-
eci ex antiquissima consuetudine ministrant sacra-
mentum Extremæ-Unionis in oleo à simplici
sacerdote ex commissione Episcopi benedicto,

teste Arcudio lib. 5. de Sacram. cap. 2. quam con-
suetudinem Clemens VIII. approbavit, monens
in instructione de ritibus Græcorum, quæ habe-
tur tomo 3. Bullarii folio 47. non esse cogendos
eorum Presbyteros accipere oleum ab Episcopo
benedictum, quia ex antiquissima consuetudine
Orientalis Ecclesiæ, possunt Presbyteri, de li-
centia & commissione Episcopi, benedicere ole-
um infirmorum. Quare in hoc differt sacra-
mentum Extremæ-Unionis à sacramento Confir-
mationis, quod istud, quia maiorem gratiæ ple-
nitudinem tribuit, non confertur valide, nisi in
Chrismate ab Episcopo immediate consecrato,
ut in Tractatu de Confirmatione docuimus; illud
verò quia non tantam gratiæ abundantiam signi-
ficat, non exigit essentialiter quod ejus materia
sit immediate ab Episcopo benedicta, sed suffi-
cit quod sit benedicta ab illo mediate, id est per
sacerdotem ex ipsius commissione; qui enim per
aliū facit, per se facit moraliter. Unde Arcudius
loco citato hæc scribit: *Chrisma apud Græcos solus*
Episcopus conficit, & diu asservatur; oleum autem in-
firmitum tunc temporis benedicunt, quando eger un-
gendus est: ut etiam benedicunt aqua & oleum Cate-
chumenorum, quando quis apud Græcos baptizatur.
Cur autem non asservetur, ratio est, quia cum sit com-
missum Presbyteris, possunt illi, si necessitate quovis
tempore illud consecrare, & simul administrare con-
tra Chrisma diutius asservant, quod careant faculta-
te illud conficiendi. Hoc autem totum judicat & appro-
batur instructio illa Clementis VIII. ad Episcopos Latinos,
directa, ubi sic dicitur: Non sunt cogendi Presbyteri
Græci olea sancta, præter Chrisma, ab Episcopis Latinis
diocesani accipere: cum huiusmodi olea ab eis in ipsa
oleorum & Sacramentorum exhibitione, ex veteri ritu
conficiantur, seu benedicantur. Chrisma autem, quod
non nisi ab Episcopo, etiam iuxta eorum ritum, bene-
dici potest, cogantur accipere.

Ex hoc intelliges, quod licet simplices sacer-
dotes non possint ex commissione summi Ponti-
ficis Chrisma conficere, bene tamen oleum infir-
morum; si enim id potest simplex sacerdos ex
commissione Episcopi, à fortiori id poterit ex li-
centia & commissione Romani Pontificis.

27. Nota etiam, ad valorem sacramenti Extremæ-
Unionis non requiri in oleo benedictionem,
certo ritu & formâ verborum factam, sed quo-
cumque modo ab Episcopo, vel à simplici sacer-
dote, ex Episcopi commissione, fiat, validam ef-
se ad sacramentum conficiendum. Potuit enim
Christus requirere benedictionem ad materiam
huius sacramenti, quoad substantiam tantum, &
modum benedicendi relinquere Ecclesiæ. Ex quo
sequitur, oleum Catechumenorum, quod diversâ
benedictione ab Episcopo consecratur, esse suf-
ficientem materiam huius sacramenti, cum non
differat ab oleo infirmorum, nisi diversâ benedi-
ctione, quæ non variat essentialiter materiam.
Non debet tamen, nisi magnâ urgente necessita-
te, in tali oleo sacramentum Extremæ-Unionis
ministrari, propter consuetudinem Ecclesiæ,
quæ oleo Catechumenorum non utitur pro un-
ctione infirmorum, sed in diversis vasis materiam
Extremæ-Unionis, & Confirmationis, oleum-
que Catechumenorum asservat. Unde Concilium
Nicænum primum can. 69. Arabico sic ait: *Trans-*
acto anno debet Sacerdos benedicere aquam & oleum;
non sicut sit in Baptismo, neque sicut benedicuntur
Chrisma; sed sicut oleum in-
firmitum.

§. II.

Materia proxima hujus Sacramenti.

28. Dico secundò, materiam proximam Sacramenti Extremæ-Unionis, esse unctionem ex oleo supra dicto. Patet tum ex verbis Jacobi *Inguentes cum oleo*. Tum ex Tridentino sess. 14. de Extrema-Unionione cap. 1. ubi postquam dixit, materiam hujus Sacramenti esse oleum ab Episcopo benedictum, subdit: *Nam unctio aptissime spiritus sancti gratiam, quâ invisibiliter anima egrotantis inungitur, representat*. Adde quod istud Sacramentum non consistit sicut Eucharistia in materia permanenti, sed sicut Baptismus & Confirmatio in usu: Sed nullus est usus olei in Extrema-Unionione, præter unctionem: Ergo in unctione materia proxima hujus Sacramenti consistit.

29. In hoc omnes Theologi conveniunt. Sed dubitatur primò, an sit de necessitate hujus Sacramenti quod unctio fiat in figura crucis, cum in Confirmatione hoc necessarium sit, non solum necessitate præcepti, sed etiam necessitate Sacramenti, ut in Tractatu de Confirmatione docuimus?

Diff. 6. Art. 2. §. 5. a. Respondeo negative, tum quia Jacobus referens institutionem hujus Sacramenti, solum dicit ungendum esse infirmum oleo, neque Concilia aut Patres Ecclesiæ aliquid circa hoc decreverunt. Tum etiam, quia non unguimur in hoc Sacramento, sicut in Confirmatione, tanquam milites Christi ad portandam & confitendam ejus crucem coram tyrannis; sed solum tanquam infirmi, ad recuperandam salutem; propter quod forma Sacramenti Confirmationis exprimit unctionem per modum crucis, non verò forma Extremæ Unionis.

30. Dubitatur secundò, an plures unctiones necessariae sint essentialiter, vel una tantum sufficiat?

Respondeo quinque sensuum unctiones esse necessarias essentialiter, ut docet S. Thomas hic quæst. 32. art. 6. ubi dicit *unctionem quæ fit ad quinque sensus observari ab omnibus quasi de necessitate Sacramenti, quosdam verò non servare alias quæ sunt ad pedes & ad renes, quia appetitiva & motiva, sunt secundaria principia*.

Ratio etiam id suadet, cum enim hoc Sacramentum institutum sit ad tollendas reliquias peccatorum, iis corporis partibus applicandum est, in quibus est radix peccatorum: Sed radix peccatorum est in quinque corporis sensibus, nam ex his omnis notitia quæ est radix peccatorum originatur, cum nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu: Ergo Sacramentum Extremæ Unionis quinque corporis sensibus, seu organis in quibus illi vigent, necessario applicandum est.

31. Dices primò, in quavis corporis parte est tota anima, quæ est principalis causa peccati: Ergo sufficit quamlibet corporis partem inungere.

Sed nego Consequentiam, quamvis enim in quavis corporis parte sit tota anima, non tamen omnes potentia & organa, quibus ut instrumentis anima peccata sua exequitur; unde quia hoc sacramentum institutum est ad abstergendas reliquias peccatorum, quatenus originem ducunt à sensibus, non sufficit illud in quavis corporis parte applicare, sed necessario debet applicari iis partibus seu organis, à quibus ut ab animæ instrumentis peccata originem ducunt.

32. Dices secundò: Sicut tota una parte hominis,

A totus homo baptizatur, ita in unctione totus homo ceteri debet immensari. Ergo si unctio sufficit ad Baptismum, ita unica unctio sufficit ad Sacramentum Extremæ Unionis.

Respondeo, concessio Antecedente, negatio consequentiam, & paritatem in Baptismo cum in unctione non magis attenditur ad unam partem quam ad aliam, sed solum quod possit dici hominem unctum. At verò in Extrema-Unionione non solum attendi debet quod homo dicatur unctus, sed etiam quod specialiter radices omnium peccatorum quæ sunt in quinque sensibus inungantur.

Dices, tertio: In quibusdam Ecclesiis, peste grassante, si timeatur ne omnia organa inungendo, contagio contrahatur, solum tantum inungit organum magis obnoxium expositum, sub hac forma exprimitur: *conferens, Per hanc sanctam unctionem, & suam personam, misericordiam, indulget tibi Deus quod per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum deliquisti*. Unde in Pastoralis Ecclesiæ Mechanice, quod una cum Archiepiscopo tota Universitas Lovanicensis approbavit anno 1682. de Extrema-Unionione expressè dicitur, in morbo contagiosis sufficere ungere organum sensus propter obvium, prædicta verba proferendo: Ergo quintuplex sensuum unctio non est de essentia hujus Sacramenti.

C Respondeo: Quidquid sit de Ecclesiis particularibus, semper in rebus vel ad fidem vel ad ritus universales, vel ad ritus Sacramentorum pertinentibus, sequendam esse Ecclesiam Romanam, quæ est magistra omnium: in ea verò ratione, etiam peste grassante, Sacramentum Extremæ Unionis administratur, nisi quinque sensus inungantur. Unde Pastoralis Ecclesiæ Mechanice in Concilio Synodali anno 1682. correctum fuit, & supra dictus Canon sublatum, ut refert Martinonius hic disp. 67. sect. 3. Si verò idem in aliquibus Ecclesiis, peste grassante, superius modo Sacramentum Extremæ Unionis administraretur, & Ecclesia Romana id toleret, hoc non fit, quia præstat hoc Sacramentum confectum, sub probabili saltem materia, quam nullum omnino conferre; cum enim Sacramenta ob salutem hominum à Christo instituta sint, magis capitis, urgente necessitate, Sacramentum aliquod sub materia vel forma dubia & diuturne probabili administrare, quam hominem periculo æternæ damnationis exponere. Nec ulla tunc sit in hoc Sacramento, quando propter periculum salutis hominum, tutior sententia in præsertim servatur.

D fit, quia præstat hoc Sacramentum confectum, sub probabili saltem materia, quam nullum omnino conferre; cum enim Sacramenta ob salutem hominum à Christo instituta sint, magis capitis, urgente necessitate, Sacramentum aliquod sub materia vel forma dubia & diuturne probabili administrare, quam hominem periculo æternæ damnationis exponere. Nec ulla tunc sit in hoc Sacramento, quando propter periculum salutis hominum, tutior sententia in præsertim servatur.

Dubitatur tertio, an si sacerdos ante hujus Sacramenti perfectionem moriatur, aut non possit ulterius pergere, possit Sacerdos alius perficere quod deest?

E Respondeo id posse, ut enim ait D. Thomas hic quæst. 39. art. 2. ad 3. *Ministeriorum pluralitas non tollit unitatem Sacramenti, quia instrumentum non aliter operatur: mutatio autem materiarum non tollit unitatem operationis sibi*. Quemadmodum ergo, si Sacerdos post consecrationem panis moreretur, aut impotens fieret ad absolvendum, deberet perfici Sacramentum ab alio Sacerdote, ut præscribitur in Missali Romano: ita si post unctionem oculorum expiraret, vel non posset ulterius pergere, deberet alius Sacerdos reliquas unctiones perficere.

§. III.

Forma huius Sacramenti.

35. Dico tertio, formam sacramenti Extrema-
Unctionis, in verbis istis consistere: *Per istam
sanctam unctionem, & suam proximam misericordiam,
indulgeat tibi Deus quicquid deliquisti per visum, au-
ditum, olfactum, gustum, & tactum.* Patet ex Flo-
rentino in Decreto Eugenii, ubi hac forma tra-
ditur, & ex praxi universalis Ecclesiae, quae in ma-
teria & forma Sacramentorum errare non po-
test.

36. Sed difficultas est & controversia inter Theo-
logos, an forma huius Sacramenti necessario &
essentialiter deprecativa esse debeat, subindeque
conferri non possit sub forma indicativa, dicen-
do, *Vngo te oleo sancto &c.* Ratio dubitandi est,
primò quia Ecclesia Mediolanensis temporibus
divi Ambrosii utebatur ista formâ indicativâ; *Vn-
go te oleo sanctificante, in nomine Patris, & Filii, &
Spiritus Sancti, ut more militis uncti preparatus ad
certamen, aereas potius superare potest.* In libro
quoque Sacramentali Veneto, confirmato per
Leonem X. forma est indicativa, *Vngo te oleo san-
tificante, &c.* Item antiquum Rituale apud Me-
diolanum in observationibus ad Gregorii Sacra-
mentarium adiectis, habet hanc formam: *Vngo
oculos tuos de oleo sanctificato, ut quicquid illicito vi-
su deliquisti, huius olei unctione expietur, per Domi-
num nostrum Iesum Christum. Vngo aures has sacrati
olei liquore, ut quicquid delectatione noxia auditus ad-
missum est, medicina spiritali evacuet. Vngo nas
res de oleo sacro, ut quicquid noxae contractum est
odoratu superfluo, ista mundet medicatio. Vngo labia
ista conservari olei medicamento, ut quicquid otiosa
vel criminosa peccata locutione, divina clementia
miserante, expietur hac unctione, &c.*

Secundo, quemadmodum ex verbis illis Chri-
sti, *Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Colligit
Ecclesia illam formam Baptismi, *Ego te bapti-
zo, & ex illis: Quorum remiseritis peccata, for-
mam Sacramenti poenitentiae, Ego te absolvo,
quae sunt indicativae; ita & ex illis Jacobi, Un-
gentes eum oleo, forma similiter indicativa colligi
potest.*

Tertio, si forma huius Sacramenti necessario
& essentialiter sit deprecativa, non erit valida, nisi
includat id quod est de essentia orationis, nimirum
internam attentionem ad Deum, subindeque
cum sacerdos erit mente distractus, non confe-
ret valde hoc sacramentum.

Demum cum in aliis sacramentis forma indi-
cativa sufficiat, cur non etiam sufficiat in sacra-
mento Extremae Unctionis?

37. Propter hæc argumenta Albertus Magnus,
Durandus, Paludanus, & Richardus existimant
indicativam formam esse sufficientem: idque
probabile esse dicunt Navarrus in Summa cap. 22.
num. 15. & Beccanus de Sacram. cap. 27. quaest. 4.
Reliqui tamen Theologi affirmant ad validitatem
huius sacramenti requiri formam deprecativam;
quæ opinio multò probabilior est, & docetur ex-
presse à D. Thoma hic quaest. 29. art. 8. ubi sic
concludit: *Ideo in hac Sacramento non potest esse
forma indicativi modi, sicut in aliis Sacramentis.*
Est etiam conformior verbis D. Jacobi, *Orent
super eum;* tamen enim huius sacramenti forma,
oratio aliunde dici posset, quamvis non esset de-
precativa; magis tamen propriè & communiter,

Tom. V.

A juxta sensum fidelium, oratio pro deprecatione
sumitur.

Potest etiam hæc sententia suaderi triplici ratio-
ne seu congruentiâ quam assignat D. Thomas ar-
ticulo citato. Prima est, quia hoc sacramentum
conferitur moribundis, quia cum sint propriis viri-
bus destituti, indigent orationibus sublevari. Se-
cunda, quia hoc sacramentum datur tantum iis
qui ex foro huius Ecclesiae commigraturi sunt in
forum alterius vitae, & in sola Dei manu ac mise-
ricordia requiescunt; subindeque commendandi
sunt Deo, in cujus forum transeunt, & divina
misericordia oratione pro ipsis imploranda est.
Tertia, quia per hoc sacramentum precamur in-
firmo aliquem effectum, quem non semper ex-
pedit illi conferri, ut est sanitas corporis, unde
debit deprecative per hoc sacramentum à Deo
peti.

Addit Nugno quartam rationem, ob quam exi-
stimat hanc sententiam non solum esse probabi-
liorem, sed omnino certam: Nullum enim sacra-
mentum (inquit) habet duas formas specie di-
versas: Atqui si forma indicativa ad valorem sa-
cramenti Extremae Unctionis sufficeret, haberet
duas formas specie diversas, nempe formam
deprecativam & indicativam, quæ specie differ-
runt, cum deprecativa sit per modum supplican-
tis, indicativa verò per modum potestatem exer-
centis, qui modi sunt valde inter se diversi: Er-
go &c.

Verum hic discursus non urget, & manifestam
habet instantiam in sacramento Confirmationis,
quod valde à Græcis ministratur sub forma sub-
stantialiter & specie diversa ab ea quæ Ecclesia
Romana utitur, ut ostendimus in Tractatu de
Baptismo & Confirmatione disput. 6. art. 2. §. 6. in
fine. Similiter sacramentum Ordinis valde con-
feritur sub materia specie diversa; nam in Ecclesia
Latina sacerdotes initiuntur per contactum ca-
licis & patenæ; in Græcâ verò per solam manuum
impositionem, ut in Tractatu de Sacramentis in
communi disputatione 1. art. 5. ostensum est.
Demum in sententia D. Thomæ (ut in Tractatu
de Eucharistia demonstravimus) omnia verba
quæ proferuntur in consecratione calicis, non
solum sunt de integritate, sed etiam de essentia
formæ; & tamen in aliis liturgiis plura ex verbis
illis omittuntur vel mutantur substantialiter, ut
ibidem ostendimus: quare valde probabile est,
Christum aliquorum sacramentorum formas vel
materias determinasse solum in genere, & pote-
statem eas determinandi in specie suæ Ecclesiae re-
liquisse, unde orta est diversitas illa formarum
diversiq; ritus administrandi sacramenta aliqua
in Latina & Græcâ Ecclesia, substantialiter & spe-
cie diversi. Cur ergo idem non posset dici de sacra-
mento Extremae Unctionis, illud nimirum va-
lidè conferri posse per formam deprecativam &
indicativam, quamvis illæ specie differant, ideoq;
in Ecclesia Mediolanensi & Veneta, sub forma
indicativa olim valde fuisse collatum; quam-
vis in aliis Ecclesiis sub forma tantum depreca-
tiva ministrari soleat. Non ergo omnino certum
& evidens est, ut ait Nugno, sacramentum Ex-
tremae Unctionis sub forma indicativa prola-
tum, esse invalidum, sed duntaxat probabilius,
& verbis D. Jacobi, & huius sacramenti naturæ
& institutioni conformius: Cum enim sacramen-
tum Extremae Unctionis sit complementum sa-
cramenti Poenitentiae, quia est ad tollendum re-
liquias peccatorum, & quasi poenitentia infirmo-
rum,

Nun 2

rum,

rum, in eo differt ab ipso, quod cum in sacramento poenitentiae requirantur opera laboriosa ex parte suscipientis, videlicet confessio & satisfactio, ibi est iustitia & misericordia. At vero in Extrema-Untione, cum ipsam suscipientes non possint jam facere opera poenitentiae, remissio eorum quae dicuntur reliquiae peccatorum, sit ex sola Dei misericordia, quae proinde oratione imploranda est. Unde

41.

Ad primum contrariae sententiae fundamentum dicendum est, praedictas formas Ecclesiae Mediolanensis & Venetae, non fuisse indicativas, sed deprecatorias; in illis enim facile intelligi potest inesse deprecatio, cum dicitur: *Ve more militis uncti* (Dei scilicet ope ac beneficio) *aereas possis superare potestates*; potest enim haec propositio intelligi optative, quasi diceretur: *Unctio te oleo sanctificante, optando ut ope divina possis aereas superare potestates*. Verbum ergo *valeas*, seu *possis*, est deprecativum, quod conjunctum cum sequentibus, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, reddit formam deprecatoriam, quia addit illi divinum Numen, ut principalem causam, in cuius virtute & auxilio debet infirmus sacro oleo inunctus victoriam sperare de suis hostibus in eo agone acriter illum impugnantibus. Unde verba illa indicativi modi, *Unctio te, &c.* non sunt forma huius sacramenti, sed sunt dispositio ad formam, in quantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba, ut ait D. Thomas hic quaest. 29. art. 8. ad 3.

Ad secundum nego paritatem: Ratio disparitatis est, quia D. Jacobus immediate ante verba illa, *Unctio eum oleo*, dicit *Orent super eum*, quod tamen non habetur in aliis locis citatis de Baptismo & de Poenitentia.

Ad tertium nego sequelam, quia efficacia sacramenti non pendet ab oratione sacerdotis, ut est opus operantis, sed ut est sacramentalis, & ut habet valorem & efficaciam ex meritis Christi, in cuius persona haec oratio a sacerdote proferitur; unde quamvis sit mente distractus, imò quamvis sit peccator, semper exauditur, & suum effectum habet, dummodo habeat intentionem administrandi sacramentum, & faciendi quod facit Ecclesia.

Ad quartum ex dicti patet disparitas quae reperitur inter sacramentum Extremae-Untionis, & alia: Reliqua enim Sacramenta, quia effectus conferunt pure spirituales, quos semper expedit suscipienti conferri (nempe gratiam sanctificantem, vel ejus augmentum, peculiaria auxilia ad fines sacramentorum facilius consequendos, characteres in anima indelebiles) formas habent indicativas, & a ministro ut potestatem exercente conferuntur. E contra vero cum per sacramentum Extremae-Untionis interdum conferatur infirmo aliquis effectus quem non semper expedit illi conferri, nempe sanitas corporalis, debet ejus forma per orationem deprecativi modi conferri, ut si expedit, Deus hunc effectum producat.

42.

Quaeres, utrum omnia verba in forma consuetarum huius sacramenti contenta, sint de ejus essentia?

Respondedo negativè. In primis enim non est necessarium illud adjectivum *sacram*, seu *sanctam*, quod Ritualia communiter addunt, cum illud non addat Florentinum. Similiter videtur quod ista verba, *per suam piissimam misericordiam*, non sint de essentia, cum verbum *indulgeat* satis expri-

mat actum divinae misericordiae. Non sunt ergo que in forma sacramenti Extremae-Untionis sententialia ista verba, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, sicut in forma sacramenti Confirmationis, quia in sacramento Extremae-Untionis fideles non unguuntur ad defendendam contra hostes fidei veritatem mysterii Trinitatis, ut in sacramento Confirmationis. Expresio vero quinque sensuum in particulari, est de essentia formae, cum de essentia huius sacramenti sit quod omnes sensus inungantur, ut §. praecedente videtur. Necessarium ergo & essentiale deesse videtur, ut exprimat unctio quinque sensuum facta in nomine Domini per orationem deprecativi modi. Multi etiam existimant fundamentum Extremae-Untionis sub ista forma constitutum: *Per istas unctiones, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid de te deliquisti visum, auditum &c.* esse validum. Probatur tamen illud esse invalidum: Tum quia cum de verba & distinctae materiae partiales, videlicet quinque unctiones omnium sensuum, sunt de essentia huius sacramenti, ipsis suis quoque formae partiales correspondere debent. Item etiam, quia quaelibet ex eis suum habet speciale effectum, significandum proinde per specialem formam partialem.

§. IV.

Corollaria praecedentis doctrinae.

EX dictis supra facile colligi potest huius sacramenti definitio, sic enim potest definitio describi: Extrema-Untio est signum sacramentale, efficax gratiae, in unctione infirmorum, sub praescripta verborum forma, ad salutem mentis & corporis Christo institutum. Quae definitio sufficienter continet explicata ex supra dictis, & magis continetur ex dicendis articulo sequenti.

Colliges etiam ex dictis, Extremae-Untionem esse unum specie atomum sacramentum, illas enim sacramenti desumi debet ex unitate finis ad quem ex Christi institutione ordinatur. Sed licet in Extrema-Untione sint plures unctiones partiales, & plures formae partiales, illae tamen ordinantur ad unum finem, & ad unum effectum, nempe ad tollendum omnes reliquias peccatorum, quae ex sensibus oriuntur, & animam deprimunt. Ergo est unum specie sacramentum. Sicut diximus in Tractatu de Eucharistia, cap. 2. art. 2. Eucharistiam, etsi constet de duobus speciebus, & formis partialibus, esse tamen unum specie sacramentum, quia haec ordinantur ad unum finem, nimirum ad unam refectionem integram spirituales. Unde D. Thomas hic q. 29. art. 2. ad 1. *Unitas totius perfecti non tollitur propter diversitatem materiae & formae quae est in partibus totum sunt constat quod non est eadem materia carna & spiritus quibus constituitur unus homo, nec eadem forma, similiter etiam in Sacramento Eucharistiae, & in hoc Sacramento (Extremae-Untionis) pluralitas materiae & formae unitatem Sacramenti non tollit. Item in corp. articuli haec scribit: Quando per se & per se actiones sunt de perfectione Sacramenti, sunt partes Eucharistiae, quia resectio corporalis, quae signum est spiritualis, non potest esse nisi per cibum & potum. Et simile est in hoc Sacramento, quia curatio veterum vulnerum non potest per se & per se fieri, nisi per applicationem medicinae ad diversa vulnera radices &c.*

plures unctioes sunt de perfectione huius Sacramenti. Dices, statim quando fit prima unctio, significat & causat gratiam & remissionem peccatorum, ut ex ipsa forma constat. Ergo prima illa unctio est verè Sacramentum, & per consequens Extrema Unctio constat pluribus Sacramentis, sicut constat pluribus unctionibus.

Respondet primò negando Antecedens; nam, ut infra dicemus, gratia non producit nisi in ultima unctione, quia ante ultimam unctionem Sacramentum non est essentialiter completum, cum de essentia huius Sacramenti sit quod omnes sentus inungantur, ut constat ex dictis articulo præcedenti.

Respondet secundò, dato Antecedente, negando consequentiam, esto enim quod prima unctio causet gratiam & remittat peccata, hoc tamen non præstat nisi in ordine ad alias unctioes sequentes, unde non sequitur quod secundum se sit Sacramentum, sed simul cum aliis unctionibus.

Instabis, si quando baptisimus fit, triplici immersione, qualibet immersio haberet formam distinctam, tres immersiones essent tria Sacramenta. Ergo cum qualibet ex quinque unctionibus habeat suam propriam formam, qualibet est Sacramentum.

Respondet, dato Antecedente negando consequentiam & pariter. Videri enim est, quod qualibet immersio cum sua forma significat perfectè totum effectum Baptismi: At verò non qualibet unctio cum sua forma, significat totum effectum Extremæ Unctionis, si solitariè consideretur, sed solum cum aliis.

Ad hanc sompionem, fuerunt commissæ, subindeque gratiam horum peccatorum remissivam, esse propriam ac primarium huius Sacramenti effectum. Ita Bellarminus cap. 8. de Extrema Unctione, Amicus hic disp. 19, sect. 6. & alii ex Recentioribus.

Secunda docet reliquias peccatorum esse peccata venialia nondum remissa, atque ita remissionem venialium esse primarium huius Sacramenti effectum, significatum verbis illis D. Jacobi *si in peccatis est, dimittentur ei*. Ita D. Bonaventura, Scotus, Durandus, R. chardus, & alii antiqui Theologi, quos ex Recentioribus sequuntur Emanuel Saverbo Extrema Unctio num. 16 & Navarrus in Summa cap. 22. qui hanc sententiam communem appellat.

Tertia exilimat, peccatorum reliquias nihil aliud esse, quàm torporem quandam, & languorem, seu debilitatem ad operandum bonum, causatam partim ex præcedentibus peccatis, mediantibus pravis habitibus ac dispositionibus ex eo relictis, partim ex ipsa corporis infirmitate, partim ex præcedentium peccatorum recordatione & imminenti mortis propinquitate, partim denique ex terrificis demonum illusionibus & tentationibus, atque adeo augmentum gratiæ, cum iure ad specialia auxilia quibus homo confortetur ad eliciendos actus supernaturales, & vincendas in ultimo illo agone demonum tentationes, esse proprium ac primarium huius Sacramenti effectum. Ita D. Thomas hic quaest. 30. art. 1. ejusque Discipuli, quos sequitur Valentia hic disput. 8. quaest. 1. puncto 3. Unde fit

§. II.

Rejiciuntur duæ prima sententia, & tertia ut verior & probabilior eligitur.

DISPUTATIO II.

De Effectibus huius Sacramenti.

Solum difficultas est & controversia inter Theologos de primario ac principali huius Sacramenti effectu; hoc enim explicato, alii effectus secundarii & minus principales faciliè intelliguntur. Unde fit

ARTICULUS PRIMUS.

Qui sit proprius ac primarius huius Sacramenti effectus?

1. Certum est, proprium ac primarium huius Sacramenti effectum esse tollere reliquias peccatorum, seu quod id est causare gratiam quâ tollantur reliquiae peccatorum; ita enim docent Theologi post Tridentinum sess. 14. de Sacram. Extremæ Unctionis cap. ubi ait quod res seu effectus huius Sacramenti; gratia est Spiritus Sancti, cuius unctio delicta si que sint adhuc expianda, ac peccati reliquias abstergit. Verum in explicando quid per reliquias peccatorum veniat intelligendum, inter se dissident, & in tres dividuntur sententias. Prima asserit, per reliquias peccatorum intelligi peccata quæ interdum relinquuntur in anima post confessionem & communionem infirmi sive quia per inadvertentiam omissa sunt in confessione, sive quia post illâ, & via-

2. Dico primò, effectus proprius & magis principalis Extremæ Unctionis non consistit in remissione peccatorum ex inadvertentia in Confessione omisorum, aut post illam & communionem infirmi commissorum.

Probatum primò: Peccata ex inadvertentia in Confessione à moribundo omissa, aut post illam & Viatici receptionem commissa, vel sunt mortalia, vel solum venialia: Sed Sacramentum Extremæ Unctionis non est per se primò institutum ad remissionem peccatorum mortalium, aut venialium; Ergo effectus proprius & principalis illius, non est remissio peccatorum ex inadvertentia in Confessione omisorum, aut post illam & communionem commissorum. Major patet, Minor etiam quoad secundam partem, constabit ex dicendis conclusionibus sequenti; probatur verò quantum ad primùm ratione quam insinuat D. Thomas loco citato his verbis: Adhibetur hoc Sacramentum (Extremæ Unctionis) secundum modum ejusdam medicationis, sicut Baptismus per modum ablutionis: medicina autem est ad pellendum infirmitatem, unde hoc Sacramentum principaliter est institutum ad sanandam infirmitatem peccati ut sicut Baptismus est quedam spiritualis regeneratio, & poenitentia quedam spiritualis suscitatio; ita & Extrema Unctio sit quedam spiritualis sanatio, vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præsupponit corporalem vitam in medicato, ita spiritualis spiritualis; & ideo hoc Sacramentum non datur contra defectus quibus spiritualis vita tollitur, scilicet contra peccatum originale vel mortale, sed contra illos defe-

N n n 3

tus,

aus, quibus homo spiritualiter confirmatur, ut non habeat perfectum vigorem ad actus vitæ gratiæ vel gloriæ. Et hic defectus nihil aliud est, quam quædam debilitas & ineptitudo, quæ in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali; & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum. Quæ ratio potest sic breviter proponi: Sacramentum institutum per modum medicinæ non est per se primo institutum ad tollendum illum defectum quo spiritualis vita tollitur; quia sicut medicamentum corporale vitam corporalem supponit, ita spirituale spiritalem; Sed per peccatum mortale, tollitur vita spiritualis animæ: Ergo Sacramentum Extremæ Unctionis, quod per modum spiritualis medicamenti se habet, non est institutum per se primo ad remissionem peccati mortalis.

Confirmatur: Effectus proprius & primarius eorum Sacramentorum, quæ Sacramenta vivorum appellantur, non est remissio peccati mortalis, seu prima gratia, sed augmentum ejus, ut patet in Eucharistia & in Confirmatione: Sed Extrema Unctio est Sacramentum vivorum, ut docent communiter Theologi, duo tantum Sacramenta pro mortuis morte peccati assignantes, videlicet Baptismus & Pœnitentiam; Ergo effectus proprius & principalis illius non est remissio peccati mortalis. Vnde D. Jacobus hujus Sacramenti effectus declarans, de remissione peccatorum loquitur conditionatè, dicens si in peccatis sit, remittuntur ei, quia nimirum remissio peccatorum non est effectus primarius, sed duntaxat secundarius hujus Sacramenti, per accedens ei conveniens, sicut Eucharistia & Confirmationi, aliisque Sacramentis vivorum, quæ conferendo gratiam obicem non ponentibus, consequenter etiam & per accedens, per illam remittunt peccata inculpabiliter ignorata. Unde D. Thomas articulo citato, postquam dicit quod homo per hoc Sacramentum roboratur contra debilitatem ex peccato relictam, subdit: Sed quia hoc robor gratia facit, quæ secum non comparatur peccatum, ideo ex consequenti, si invenit peccatum aliquod, vel mortale, vel veniale, quoad culpam, tollit ipsum dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiam de Eucharistia & Confirmatione supra dictum est.

Probat secundò conclusio: Hoc Sacramentum, ex Tridentino supra citato, institutum est ad tollendas reliquias peccatorum: Sed peccata ab infirmo post confessionem & Viaticum commissa, non possunt dici reliquias aliorum peccatorum quæ ipsi per confessionem remissa sunt: Ergo Sacramentum Extremæ Unctionis non est per se primo institutum ad remittenda peccata post confessionem & Viaticum ab infirmo commissa Major patet. Minor probatur. Ut aliquid dicatur esse reliquia alterius, non sufficit quod illi succedat, sed requiritur insuper quod sit pars vel effectus illius; nox enim v.g. succedit diei, & dies nocti; & tamen nec nox potest dici reliquia diei, nec dies noctis; è contra verò partes ciborum quæ ex prandio remanent, dicuntur reliquias prandii; ossa, caput & alia partes corporis Sanctorum, eorum reliquias appellantur; languor, debilitas, macies, & pallor, quæ ex agitudine relinquuntur, morbi reliquias appellantur, quia sunt effectus illius; demum Sacramenta vocantur à D. Thoma in prologo lib. 4. Sententiarum ad Annibaldum. quidam divine incarnationis reliquias, quia à Verbo Incarnato, & à latere Christi

A in cruce morientis profuxerunt, ut rivuli à fonte, & effectus à causa: Sed peccata ab infirmo post confessionem & Viaticum commissa non habent ad alia per confessionem remissa, nec patet ad totum, vel ut effectus ad causam, cum tamen nullum cum illis habeant affinitatem vel connexionem, sed sunt omnino disparata, & ita independentia: Ergo præcedentium peccatorum reliquias vocari nequeunt, sed potius nova & distincta peccata dici debent.

Dico secundò, effectus proprius & primarius principalis Extremæ Unctionis, non consistit in remissione peccatorum venialium. Ita D. Thomas articulo citato, ubi sic ait: Quia vero dicitur in hoc Sacramento, quod remittuntur peccata, videtur verum, quia penitentia sufficiens, cum in hac vita, delet venialia peccata, quoad culpam. Et 3. p. quæst. 61. art. 1. ad 3. ad deletionem venialis peccati (inquit) non requiritur infirmitas: unde cum in quolibet Sacramento nova ipsa fundatur, nullum Sacramentum vix ipsa instituitur directè contra venialia, quod videtur per quendam Sacramentalitiam; patet per aquam benedictam et alia hujusmodi.

Hoc duplici D. Thomæ testimonio continentur duæ rationes fundamentales nostre conclusionis, quibus addo quod in forma illius Sacramenti ponitur universaliter, Quod remittit: Ergo non magis ordinatur ad deletionem peccata venialia, quam mortalia. Addo insuper, quod si proprius effectus hujus Sacramenti est remissio venialium, posset illud conferri etiam sanis, cum etià sani egent venialium remissione.

Nec valet quod dicunt Aversarii, nempe hoc Sacramentum institutum esse ad remittenda venialia in egressu tantum vitæ, quia institutum est in perfectam peccatorum venialium curationem, quæ quandiu vita præsens durat, scilicet, quæ ob necessitatem quandam peccata venialiter quam patitur homo. Non valet, inquam, Primò quia venialia etiam in fine vitæ remittunt per penitentiam. Secundò, quia quando aliquod Sacramentum instituitur ad remittenda peccata, non recipit per se tempus futurum & præteritum; nec ad illud applicandum necessarium est quod talia peccata iterum committantur possint, sed satis est quod sint commissa, & quod possint deleri. Tertiò, quia ex hac responsione sequeretur, hoc Sacramentum cōferri posse damnatis ad mortem, cum illi sint in egressu vitæ, postquam peccata venialia non iterantur. Sequeretur etiam, Sacramentum Extremæ Unctionis non debere ministrari nisi in extremo vitæ articulo, quando creditur simul cum eo vitam imminutam esse; alias enim poterit infirmus post ejus institutionem adhuc peccare venialiter: Sed hoc dici nequit, debet enim ministrari Extrema Unctio, cum adhuc vigent sensus & sperari potest, quod vita adhuc durabit naturaliter per aliquod notabile tempus; Ergo &c.

Dico tertio, primarium & proprium effectum hujus Sacramenti esse augmentum gratiæ habentis jus speciale ad auxilia quibus infirmus confortetur & roboretur contra languorem & debilitatem ad operandum bonum partim ex peccatis præcedentibus partim ex infirmitate relictis, & ad juvendum ad eliciendum actus supernaturales, & ad vincendum Demonis tentationes in ultimo agone occurrentes. Est etià D. Thomas articulo citato, ubi ait, hoc Sacramentum institutum esse

contra illos defectus quibus homines spiritualiter infirmantur, ut non habeat perfectum vigorem ad actus vite gratie vel glorie: & hic defectus nihil aliud est quam quedam debilitas & ineptitudo que in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali: & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc Sacramentum. Similia habet Tridentinum sess. 14. cap. 2. ubi ait, quod res & effectus huius Sacramenti, gratia est Spiritus Sancti, cujus unctio delicta, si quasint adhuc expianda, ac peccati reliquias absterget, & egroti animam alleviat, & confirmat, magnam in eo divina misericordia fiduciam excitando; quod infirmus sublevaris & morbi incommoda ac labores levius fert, & tentationibus Demonis calcaneo insidiis facilius resistit &c. Alludendo ad illud Genes. 3. de muliere Dæmoni dictum sub figura serpentis: Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus: Quasi per calcaneum significetur finis, in quo Dæmon acius hominem infestatur. Quamvis Augustinus Concione 1. super Psal. 48. per calcaneum intelligat consensum quo peccatum in nobis consummatur, sicut per caput initium suggestionis quo suadetur.

Potest etiam conclusio hanc ratione suaderi. Effectus proprius huius Sacramenti est tollere reliquias peccatorum, ut ait Tridentinum verbis jam relatis: Sed per reliquias peccatorum nihil aliud intelligi potest quam prædictus animi languor & debilitas ad operandum bonum: Ergo proprius effectus huius Sacramenti erit gratia roborans & confortans contra talem languorem. Major patet, quia præter illam languorem nihil invenitur quod ex peccatis præteritis relinquatur in anima, nisi aut ipsa macula, aut reatus poenæ æternæ, vel obligatio ad penam temporalem, quæ relinquitur post remissionem culpam, & poenæ æternæ reatum, aut habitus vitiosus, vel fomes peccati: Sed per reliquias peccati nihil illorum potest intelligi non quidem macula, aut reatus poenæ æternæ, quia hæc tolluntur per Sacramentum poenitentiae, quod etiam secundario ordinatur ad remittendam poenam temporalem. Nec etiam habitus vitiosi, aut fomes peccati, cum illa remaneant post convalescentiam in infirmo, qui Extremam Unctionem suscepit; nec habitus vitiosi tollantur, nisi per actus oppositos sæpe repetitos: Ergo per reliquias peccatorum, nihil aliud intelligi potest, quam prædictus languor ad bene operandum, ex peccatis præcedentibus relictus.

Alia ratio desumi potest ex materia & forma huius Sacramenti. Forma enim deprecatoria significat necessitatem divini auxilii ad roborandum infirmum contra languorem ex peccatis præteritis, & præsentis infirmitate relictum, & ad superandas Dæmonis tentationes, quibus tunc acius hominem infestatur. Unde in forma Ecclesiæ Mediolanensis & Venetæ articulo præcedenti relata solum exprimitur ille effectus; in ea enim sic dicitur: *Vngo te oleo sanctificante, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ut mori militis uncti preparatus ad certamen, ac res possis superare potestates.* Unctio etiam olei, quæ est materia huius Sacramenti, recte significat luctum & certamen hominis moribundi cum Dæmonibus; cum olim Athleta oleo ungeretur, ut ad luctum & certamen se præpararet. Item sicut homines ex præterita infirmitate languentes, unctioe aliquâ pretiosâ liniuntur, ut omnia membra & nervi consolidentur, & roborentur; sic oleum sanctum illis qui ob peccata præterita debilita-

tem sentiunt, adhibetur, ad significandum gratiam, quæ ad similes spirituales effectus illis confertur.

§. II.

Solvuntur Objectiones.

Obijciunt primò contra primam conclusionem: In eo consistit essentialiter effectus magis principalis Sacramenti Extremæ Unctionis, quod Tridentinum assignat tanquam effectum specialem & ipsi proprium: Sed Tridentinum assignat pro effectu speciali & proprio Sacramenti Extremæ Unctionis remissionem peccatorum ex inadvertentia in confessione ultima omisforum, aut post illam & viatici sumptionem commissorum; tribuit enim ei tanquam proprium ut absterget delicta si quasint (inquit) adhuc expianda. Similiter D. Jacobus inter proprios & speciales huius Sacramenti effectus remissionem peccatorum numerat, ut patet ex illis verbis: *ut si in peccatis sit, remittentur ei;* Ergo remissio peccatorum ex inadvertentia in confessione ultima omisforum, aut post illam & viatici sumptionem commissorum, est proprius huius Sacramenti effectus.

Confirmatur: Omnia Sacramenta eadem tendunt, ut hominem promoveant ad finem suum consequendum, subindeque ut aliud obstatum removeant, quod ipsum posset ab ejus consecutione impedire. Sic Baptismus tollit obstatum originalis, Confirmatio Christiani militis imbecillitatem, ne in defensione veræ fidei coram hostibus succumbat; Eucharistia carnalis concupiscætiæ ardorem, ne spirituales vitam gratiæ extinguat; Ordo idoneorum ministrorum egestatem, ne eorum penuria fideles pariantur; Matrimonii difficultates, quæ inter conjuges occurrere solent: Sed fieri potest ut infirmus post confessionem & communionem in peccatum mortale incidat, & tamen ignoret se illi esse obnoxium, & consequenter non possit illud novâ confessione explicare: potest etiam accidere, ut confessionem & communionem non rite peregerit, & tamen hoc ipsum etiam ignoret: Ergo ad Christi clementiam & providentiam pertinet, aliquod Sacramentum instituire, quo infirmus in illis casibus justificari possit, & illorum peccatorum remissionem consequi, quod non potest esse aliud quam Sacramentum Extremæ Unctionis, quod præcipue propter huiusmodi casus extraordinarios videtur institutum.

Confirmatur amplius: Proprium huius Sacramenti est ut Concilia definiunt, & Theologi omnes admittunt, peccatorum reliquias abstergere: Sed nulla sententia melius ac probabilis reliquias peccatorum explicat, quam illa quæ docet Sacramentum Extremæ Unctionis per se primò fuisse institutum ad tollenda prædicta peccata ex aliis Sacramentis relictis, quorum virtute vel non fuerunt remissa, vel non potuerunt remitti, quia reliquæ (inquit amicus) debent esse ejusdem rationis, cum in quorum sunt reliquæ; nam si sint diversæ rationis, non tam dicuntur reliquæ, quam effectus vel excrementa; non enim calor à luce relictus, dicitur lucis reliquia, sed effectus; nec fures ex farina relictæ, proprie dicuntur farinæ reliquæ, sed excrementum: Ergo prædicta sententia verior & probabilior videtur.

Ad objectionem respondeo, concessa Majori, negan-

negando Minorem, & probationem illi subjun-
ctam: Tridentinum enim dicit, *Delicta si quis sunt*
adhuc expianda, & peccati reliquias abstergit; cuius
propositionis sensus est, hoc Sacramentum ha-
bere duplicem effectum, unum communem sibi
& aliis Sacramentis vivorum, atque adeo per
accidens tantum, videlicet abstergere peccata, si
quæ sint; alium verò proprium sibi, nimirum
abstergere reliquias peccatorum. Similiter D.
Jacobus, cum de remissione peccatorum con-
ditionaliter loquatur, dicens, *si peccatis sit, re-*
mittentur ei, hoc modo loquendi innuit, remis-
sionem peccatorum non esse effectum per se, sed
tantum per accidens hujus Sacramenti. Unde

Ad primam confirmationem dicendum, quod
cum prædicti casus raro cōtingant, sufficit quod
Extrema Unctio per accidens tunc illa peccata
remittat. Quare falsum est quod ait Suarez, pro-
prium esse huic Sacramento remittere peccata,
non quidem per se primò, sicut convenit Baptis-
mò & Pœnitentiæ, sed per se secundo. Sacra-
mentum enim vivorum, quale est apud omnes
Sacramentum Extreme Unctionis, non tribuit
neque per se primò neque per se secundo, sed
tantum per accidens primam gratiam: Ergo ne-
que per se primò, neque per se secundo, sed per
accidens tantum, remittit peccatum.

Ad secundam confirmationem, nego Minore-
rem; ut enim in secunda probatione primæ con-
clusionis declaravimus, ut aliquid propriè dica-
tur reliquiæ alterius, debet esse ejus pars, vel effe-
ctus, quod non convenit peccatis ab infirmo post
confessionem & viatici assumptionem commissis,
respectu peccatorum præcedentium; cum qui-
bus sæpius nullam habent affinitatem vel
conhexionem. Falsum etiam est quod reliquiæ
semper debeant esse ejusdem rationis & speciei
cum iis quorū sunt reliquiæ, ut ait Amicus; lan-
guor enim, debilitas, pallor & macies, quæ ex
agritudine relinquuntur, morbi reliquiæ propriè
appellantur, & tamen non sunt morbus, sed tan-
tum morbi effectus. Similiter concupiscentia seu
fomes peccati pronitas ad malum, & difficultas
ad bonum, dicuntur peccati originalis reliquiæ,
licet non sint peccata, sed duntaxat peccati ori-
ginalis effectus.

Objicies secundo contra secundam conclusio-
nem. Cum detur Sacramentum habens pro suo
effectu magis principali remissionem peccati o-
riginalis, nempe Baptismus, & aliud cujus effe-
ctus primarius est remissio peccati mortalis a-
ctualis, nimirum pœnitentia, debet insuper ter-
tium assignari Sacramentum, cujus effectus ma-
gis principalis consistat essentialiter in remissio-
ne peccatorum venialium; ut sic nullum sit
peccati genus quod non habeat in sui remedium
proprium Sacramentum per se institutum: Sed
nullum aliud est assignabile Sacramentum, præ-
ter Extremam Unctionem, cujus effectus magis
principalis consistat in remissione venialium:
Ergo illorum remissio est proprius ac principa-
lis effectus hujus Sacramenti.

Respondent aliqui, negando Majorem; cum
enim peccatum veniale (inquitur) sit tantum se-
cundum quid peccatum, nullum petit Sacramen-
tum per se primò institutum in sui remedium, sed
solum aliqua Sacramentalia, per quæ ex opere
operato remittatur. Sed melius respondetur, da-
tâ Majori, negando Minorem; nam idem pœni-
tentiæ Sacramentum quod institutum est ad re-
mittenda mortalia post Baptismum commissa,

etiam instrumentum est ad remittenda venialia
unde tam bene peccata venialia sine materia
motu Sacramenti pœnitentiæ, quam mortalia
eunt eo solum discrimine, quod mortalia sunt
materia necessaria, venialia vero materia libera,
quia per Sacramentalia, aliæque remedia expari
possunt.

Objicies tertio contra tertiam conclusionem.
Cum Sacramentum id efficiat quod significat,
significatio maxime per formam exprimitur, ut
eo consistit essentialiter effectus magis principa-
lis Extreme Unctionis, quod ejus forma signifi-
cat: Sed forma hujus Sacramenti non significat
collationem auxiliorum contra debilitatem et
languorem ad bene operandum in infirmo ex pec-
catis præcedentibus relictum, vel contra Dam-
num tentationes, quibus in fine vite vulnera-
tus infestatur, sed tantum remissionem pec-
catorum, ut patet ex verbis illis: *in diebus tuis*
Deus quidquid deliquisti &c. Ergo effectus proprius
& principalis hujus Sacramenti, est remittere
peccata venialia, aut mortalia obliu vel incu-
pabiliter ignota, non verò conferre specialia au-
xilia, quibus infirmus contra prædictum languo-
rem & Demonis tentationes roboretur.

Confirmatur: D. Jacobus explicans effectum
hujus Sacramenti, nihil dicit de illis auxiliis, sed
tantum de remissione peccatorum, aut cum dicit
peccatis fuerit, remittentur ei: Ergo effectus pro-
prius & magis præcipuus, quem haud dubie non
non tacuit, consistit essentialiter in illa remissio-
ne non verò in talium auxiliorum collatione.

Ad objectionem respondeo primò, retorquen-
do argumentum in adversarios, nam in forma
Eccehæ Mediolanensis & Venetæ, articulo præ-
cedenti relata, nulla fit mentio de remissione pec-
catorum, sed tantum de prædictis auxiliis; si-
cut enim in ea habetur: *Vigile alio quodammodo, in*
*nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, ut morbo-
litis uniti preparatus ad certamen, contra ipsos*
peccare potestates.

Respondeo secundo, negando Minorem, &
ad illius probationem dico, nomen causam
dum significare effectum, eo quod virtualiter
solum continet: Unde sic ad Roman. 7. Aposto-
lus fomitem ex peccato originali relictum appel-
lat peccatum; & 1. Machab. 9. pena temporali-
s peccatis exilientium in purgatorio debita, &c.
Sic similiter peccatum, ut a peccatis liberetur,
ita etiam in forma Sacramenti Extreme Unctio-
nis, cum dicitur *Quidquid deliquisti &c.* nomen de-
lictis significat reliquias peccatorum, sive lan-
guorem & debilitatem animæ circa exercitiū
virtutis, causarum præsertim ex delictis præce-
dentibus.

Ad confirmationem, nego Antecedentem
enim D. Jacobus ante verba citata, & aliter
eum Dominus. *Gratæ confortabit. Tei exaltatum,*
quod certe satis exprimit remedium contra lan-
guorem & debilitatem spirituales infirmum.

Dices. Languor & debilitas animæ ad opera-
ndum bonum, causatus ex peccatis, non solum
existit durante infirmitate, sed etiam durante
sanitate; aliunde verò sani magis tenentur ad ope-
randum bonum, quam infirmi: Ergo si effectus
magis principalis Extreme Unctionis esset col-
latio auxiliorum contra istum languorem, potius
deberet ministrari sanis, quam infirmis.

Respondet Leo, concessio Antecedente, negando
Consequentiam; est enim specialis necessitas au-
xilii divini contra illū languorem in gravi infir-
mitate.

mitate, quæ non reperitur durante sanitate; ipsa enim infirmitas auget illum, & reddit infirmum magis impotentem ad ipsum vincendum.

§. III.

Corollaria notatu digna.

22 EX dictis colliges primò, proprium esse Sacramenti Extremæ-Untionis; ultimò disponere hominem ad introitum gloriæ, cum per auxilia jam explicata illum iuvet ad resistendum tentationibus Dæmonis, & ad perseverandum in bono, tunc cum mors imminet, roboratque spem, magnamque (ut ait Tridentinum) in eo misericordiæ divinæ fiduciam excitat. Undescitur Baptismus & Confirmatio dicuntur Sacramenta fidei, & confessio Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistia Sacramentum amoris; ita Extrema-Untio, Sacramentum spei meritò appellari potest.

23 Colliges secundo, hoc Sacramentum non producere suum effectum, nisi post ultimam unctionem; quia ipsum non producit, nisi sit essentialiter completum: Sed ante ultimam unctionem non est essentialiter completum, cum omnes quinque unctiones sint essentielles huic Sacramento, ut articulo præcedenti ostensum est: Ergo ante ultimam unctionem non producit suum effectum. Unde D. Thomas hic quæst. 30. art. 1. ad 3. *Quando sunt multe actiones ordinate ad unum effectum, ultima est formalis respectu omnium præcedentium, & agit in virtute earum; & ideo in ultima unctione gratia infunditur, qua effectum Sacramenti præbet.*

24 Colliges tertio, quod sicut in aliis Sacramentis tria distingui debent, unum quod est res tantum, alterum quod est Sacramentum tantum, & aliud quod est res & Sacramentum simul, ita & in isto. Unde in hoc Sacramento res tantum est gratia; Sacramentum tantum, est ipsa externa unctio, seu potius compositum ex unctionibus & verbis; res & Sacramentum simul, est spiritualis animi hilaritas; nam hæc & significatur ab externo symbolo, & simul significat ulteriorem animi sanctitatem, ad quam causandam hæc spiritualis animi hilaritas ordinatur. Unde D. Thomas hic quæst. 30. art. 3. ad 3. *In hoc Sacramento (inquirit) res & Sacramentum non est character, sed quadam interior devotio, qua est spiritualis unctio. Nec obstat quod etiam Eucharistia causet devotionem & hilaritatem in anima, nam Eucharistia, cum habeat rationem convivi, eam causat per modum refectiois & inebriationis spiritualis; hoc verò Sacramentum, cum ad modum medicinalis spiritualis institutum sit, eam causat per modum unctionis spiritualis, potentias animæ laticantis ac roborantis contra Dæmonis tentationes, & languorem spiritalem ex peccatis præcedentibus, & præsentia morbi causatum, ut supra declaravimus.*

25 Colliges quartò, hoc Sacramentum, præter gratiam habitualement quam causat in anima, quæ ad modum unctionis potentias ejus corroborat, & præter auxilia supra dicta, quibus eam contra Dæmonis tentationes in articulo mortis occurrentes armat & munit, habere alium effectum minus principalem & secundarium, qui est allevatio quadam ægritudinis corporalis, & quandoque perfecta sanitatis recuperatio.

Pater hoc corollarium, Tum ex verbis illis Jacobi.

A cobii: *Allevabit eum Dominus, ab infirmitate videlicet corporali: Tum ex Florentino in decreto Eugenij, ubi sic legitur: Effectus huius Sacramenti est mentis sanatio, & in quantum expedit, ipsius etiam corporis. Tum denique ex Tridentino sess. 14. cap. 20. ubi ait quod hoc Sacramentum egroti animam alleviat & confirmat, magnam in eo divinæ misericordiæ fiduciam excitando; quæ infirmus sublevatus, & morbi incommoda ac labores levius fert, & tentationibus Dæmonis, calcaneo insidians, facilius resistit; & sanitatem corporis interdum, ubi salutis animæ expedit, consequitur.*

B Idem docet D. Thomas hic quæst. 30. art. 2. ubi sic discurre: *Sicut ablutio Baptismi habet effectum corporalis ablutiois, quia etiam corporaliter mundationem facit; ita etiam Extrema-Untio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationem. Sed hæc est differentia, quod corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi facit corporalem mundationem, sed Extrema-Untio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materie, sed ex virtute divina, qua rationabiliter operatur. Et quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum, nisi secundum quod expedit ad principalem, ideo ex hoc Sacramento non semper sequitur corporalis sanatio, sed quando expedit ad spiritualem sanationem; & tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.*

C Addo quod, operatio Ecclesiæ habet maiorem efficaciam post Christi Domini passionem, quam ante illam: Sed ante inuncti oleo per Apostolos, corporaliter sanabantur, ut legitur Marci. 6. Ergo hæc sacra unctio sanationem corporalem, si secundum Dei providentiam salutis animæ expedit, infallibiliter operatur, quamvis minus principaliter. Unde falsum est quod docet Sotus in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 2. ad 5. hoc Sacramentum quantum est de se non semper esse sufficiens ad morbi malignitatem superandam, imò posse nonnunquam artem & solertiam medicum plus ad id conferre, quam virtutem Sacramenti, ideoque illud non semper sortiri suum effectum. Patet, inquam, hoc esse falsum, & contra doctrinam Florentini & Tridentini, quæ dum dicunt salutem corporis per hoc Sacramentum dari, quando animæ salutis expedit, sentiunt hoc Sacramentum continere vim supernaturalis conferendi corporis salutem, quam tamen non semper, sed quando animæ salutis expedit, inuncto confert. Id etiam aperte repugnat doctrinæ D. Thomæ, qui loco citato ait quod Sacramentum sanationem corporalem ex virtute divina operatur, & eam semper inducit; quando expedit ad spiritualem sanationem, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.

D Dices cum Soto: Si toties sanaretur corporaliter infirmus, virtute Sacramenti Extremæ-Untionis, quoties sanitas corporalis expedit salutis animæ, aliquando virtute Sacramenti sanaretur miraculose; interdum enim tanta est malignitas morbi, ut sanari non possit absque miraculo: Sed hoc dici nequit, cum effectus Sacramenti non sit per miraculum expectandus: Ergo nec illud.

E Confirmatur: Sanitas corporalis, quantumcumque expedit ad salutem infirmi, non est magis infallibilis in suscipiente Extremam-Untionem, quam fortis fidei confessio coram tyranno in suscipiente Confirmationem; quandoquidem iste effectus est magis præcipuus in Confirmatione, ille verò minus principalis in Extrema-Untione.

ooo

atione. Sed fortis fidei confessio coram tyranno, quantumcumque expediat ad salutem animæ, non est tamen effectus infallibilis Sacramenti Confirmationis; quandoquidem fidelis, licet confirmatus, sæpe ex metu negat fidem suam coram tyranno: Ergo neque sanitas corporalis, etiam quando agrotantis saluti expedit, est effectus infallibilis Sacramenti Extremæ. Unionis.

28 Ad instantiam respondeo, negando sequelam Majoris, quantumcumque enim sit malitia & acerbitas morbi, Sacramentum tamen virtute supernaturali quam continet, potest secundum potentiam Dei ordinariam, atque adeo sine miraculo, illum superare, & sanitatem restituere.

29 Ad confirmationem, concessio Antecedente, nego consequentiam & paritatem. Discrimen est, quod fortis fidei defensio coram tyranno, ex libertate nostra dependet, per quam possumus impedire ne virtus Sacramenti illam in nobis operetur: At verò recuperatio sanitatis corporalis non est tale aliquid quod requirat necessariò nostræ libertatis cooperationem.



DISPUTATIO III.

De subiecto & ministro huius Sacramenti.

AD complementum huius Tractatus duo tantum restant explicanda: primum est, quodnam sit subiectum capax recipiendi hoc Sacramentum? Secundum, quis sit proprius illius minister? De utroque breviter in hac disputatione dicemus.

ARTICULUS I.

Quodnam sit subiectum capax recipiendi hoc Sacramentum?

Ico primò, soli baptizati, adulti, & infirmi, sunt capaces Sacramenti Extremæ. Unionis.

Prima pars patet, quia Baptizatus est janua ad reliqua Sacramenta; unde si hoc Sacramentum daretur non baptizato, etiam si esset catechumenus, & in gratia existens, irritum esset & invalidum.

Secunda etiam videtur certa, & docetur communiter à Theologis, excepto Majore, qui vult infantibus baptizatis dari posse hoc Sacramentum. Sed hoc est contra consuetudinem Ecclesiæ, & contra rationem, infantes enim sunt incapaces primarii effectus huius Sacramenti, videlicet auxiliorum specialium ad superandam debilitatem ad bene operandum, ex peccato contractam, & ad resistendum Dæmonum insultibus; effectus verò secundarius, nempe sanitas corporalis, cessat, cessante primario.

2 Neque singulari Majoris opinioni favet quod ait D. Thomas hic quæst. 30. art. 1. nimirum hoc Sacramentum conferri ad purgandum reliquias peccati tam originalis, quam actualis; sensus enim propositionis D. Thomæ non est quod Extrema-Unctio conferatur vel conferri possit ad

purgandum reliquias peccati originalis, præsumptas, sed ut confirmatas per actualis peccati hanc quæst. 32. art. 4. ad 2. ubi inquit hoc Sacramentum non datur contra reliquias peccati, nisi secundum quod sunt per actualis peccati quodammodo confortata; unde principaliter contra peccata actualia datur (ut ex ipsa forma patet) non sunt in pueris.

Quod diximus de pueris, asserendum etiam est de amentibus, qui laborant amentia perpetua; hi enim, licet ætate non sint pueri, tamen pueri inopia sunt quasi pueri, & ejusdem rationis censendi. Secus est de amentibus, qui aliquando ratione uti sunt, & Sacramenti huius sufficiens sufficientem consensum præbuerunt, illi enim hoc Sacramentum ministrari possunt, docent communiter Theologi, & confirmantur de pueris Ecclesiæ.

Tertia denique pars, quæ asserit, hoc Sacramentum non nisi infirmis posse ministrari, est etiam communis Theologorum, constatque ex verbis Jacobi, *Infirmus quis ex vobis, & Florentino ac Tridentino*, desinientibus, infirmum esse subiectum Sacramenti huius, eodem modo quo desinunt Sacerdotem esse illi ministrum unde sicut nullus alius nisi Sacerdos potest esse illius minister, ita nullus alius nisi infirmus potest esse illius subiectum. Ratio à priori nulla assignari potest quam voluntas Christi, qui statuit Sacramentum Ordinis viris tantum dari posse, non verò feminis; ita voluit Sacramentum Extremæ. Unionis, tantum ministrari posse infirmis, non verò sanis; quia nimirum ut discitur S. Thomas hic quæst. 32. art. 1. hoc Sacramentum est quedam spiritalis curatio, quæ per quandam corporalis curationis modum significatur, quod illis quibus corporalis curatio non competi, facit sanis, non debet hoc Sacramentum conferri. Imo nec infirmis omnibus administrari debet, sed in solum, qui secundum prudentem iudicium, in morali vita periculo versantur; quia ut ait S. Doctor articulo sequenti: *Hoc Sacramentum est ultimum remedium quod Ecclesiæ potest inferre, quasi immediate disponens ad gloriam*. Non est tamen expectandus supremus mortis articulus, quin potius præstat quod hoc Sacramentum conferatur, cum infirmus est adhuc integritus sensibus, ut majori cum devotione & fructu ipsum suscipiat; sitque aliqua Sacramento reverentia, cum ministratur, quando infirmus non valet debita cum devotione ad illud accedere. Unde, ut ait Catechismus Romanus, graviter peccant Pastores, qui differunt donec infirmus privetur ratione & sensu. Si tamen per negligentiam hoc Sacramentum opportuno tempore non ministratur, non debent propterea illud contemnere, etiam si infirmus non sit sui compos. Imò licet dubicaretur, num esset vivus aut mortuus, tunc sub conditione utendus esset; præstat enim exponere Sacramentum periculo, quam animam tali privare subsidio.

Esti verò hoc Sacramentum non imprimatur characterem, sitque de numero eorum quæ iterum possunt, non est tamen iterandum nisi in diversis infirmitatibus; vel si in eadem, postvalentiam omnino recuperatam, postea per te incidit iterum incurram iterum mortis periculum, ut docet Tridentinum sess. 14. cap. 3. de Extrema. Unctione, ubi asserit, quod si infirmus, post suscipiam hanc unctionem, contraxerint, iterum hanc

Sacramenti subsidio vari poterunt, cum in aliud simile vita discrimen inciderint. Sicut ergo Matrimonium non potest iterum contrahi inter eosdem conjuges, sic neq. Extrema-UNCTio potest iterum dari infirmo constituto in eadem necessitate infirmitatis; quoties tamen variatur morbi status, ut de periculoso non fiat periculofus, & rursus de non periculoso fiat periculofus, toties iterari potest. Nam sicut causa suscipiendi hoc Sacramentum, non est morbus simpliciter, sed morbus periculofus; ita quoties idem morbus de non periculoso mutatur in periculofum, constituit infirmum sub nova necessitate hoc Sacramentum iterandi. Ex quo inferes, quod si quis hoc Sacramentum suscepit tempore quo morbus non censebatur periculofus, potest rursus illud suscipere, cum revera periculofus efficitur: tum quia prima vice fuit invalidum; tum etiam quia esto fuerit validum; quia tamen morbus mutatus est de non periculoso in periculofum, constituit infirmum sub nova necessitate illud recipiendi.

Hæc sunt certa & indubitata fere apud omnes Theologos, sed dubitatur, an hoc Sacramentum ad sui validitatem postulet ut subiectum aliquando peccaverit actualiter? Id enim negant Suarez, Henriques, Coninck, Filiutius, & Diana, sequiturque ex illorum sententia, qui docent, B-Virginem suscepisse hoc Sacramentum Affirmante vero alii Theologi, tum domestici, tum extranei, faveatque huic sententia D. Thomas loco supra citato, ubi asserit, hoc Sacramentum non esse contra reliquias peccati originalis, nisi secundum quod sunt per actualia peccata quodammodo confortata. Unde

5. Dico secundo, si daretur adultus, qui sicut Beata Virgo nunquam actualiter peccasset, neque ante neq. post susceptionem Baptismi, non posset ei valide administrari Sacramentum Extrema-UNCTionis.

Probatur primo ratione quam insinuat D. Thomas hic quaest. 30. art. 1. Hoc Sacramentum est institutum per modum medicinae spiritualis, supponentis morbum & vulnus peccati: Ergo sicut hæc unctio medicinalis, non nisi infirmis corpore tribui potest, ita nec nisi infirmis mente, propter peccata & eorum reliquias

6. Probatur secundo: Sacramentum Extrema-UNCTionis ex Tridentino est completivum & consummativum Sacramenti penitentiae: Ergo supponit subiectum capax Sacramenti penitentiae, cum debeat supplere quod Sacramentum penitentiae vel non potuit vel omisit. Sed si daretur adultus, qui sicut Beata Virgo nunquam actualiter peccasset neque ante neq. post susceptionem Baptismi, ille esset incapax Sacramenti penitentiae, ut de Beata Virgine communiter docent Theologi. Ergo ille esset etiam incapax Sacramenti Extrema-UNCTionis.

Hæc ratione utitur Suarez disp. 42. sect. 1. n. 2. & 3. ad probandum infantes non esse capaces huius Sacramenti, quæ cum non minus concludat de iis qui nunquam peccaverunt, ille Author parum sibi constare videtur, dum postea sect. 2. num. 8. docet hoc Sacramentum dari posse adultis qui nunquam actualiter peccaverunt.

7. Probatur tertio: Illi non potest valide administrari Sacramentum Extrema-UNCTionis, de quo verificari non possunt verba ipsius formæ, *Indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, tactum, &c.* Sed de illo qui nunquam peccavit actualiter ante vel post susceptionem Baptismi, ve-

rificari nequeunt illa verba, ut constat: Ergo ipsi valide administrari non potest Sacramentum Extrema-UNCTionis.

Respondet Suarez, negando Minorem, quia forma intelligenda est (inquit) juxta verba Iacobi, scilicet conditionaliter, ita ut verba ista, *quidquid deliquisti*, idem significant, ac si quid peccasti per visum &c. Sicut ergo licet quis interdum careat aliquo sensu, visu v. g. ita ut nunquam peccaverit per illum, possunt tamen in administratione huius Sacramenti de illo verificari hæc verba, *quidquid deliquisti per visum*. ita & de illo qui nunquam peccavit actualiter ante vel post receptionem Baptismi.

Sed contra: Licet verba Iacobi sint conditionalia, verba tamen formæ huius Sacramenti non possunt intelligi conditionaliter. Nam verba Iacobi proprie intelliguntur de peccatis actualibus pro presenti existentibus; contingere autem potest quod infirmus non habeat pro presenti culpam peccati, videlicet ob perfectam contritionem: At verò verba illa formæ, *quidquid deliquisti*, intelliguntur de peccatis etiam præteritis, remanentibus dumtaxat quoad reliquias licet autem quis careat interdum aliquo sensu, potuit tamen per voluntatem in ordine ad talem sensum peccare, & sic potest sufficienter verificari forma.

Obijcies primo: Qui non habet peccatum originale, est capax recipiendi Sacramentum Baptismatis. Ergo qui non habet reliquias peccatorum actualium, & consequenter qui nunquam actualiter deliquit, est capax recipiendi Sacramentum Extrema-UNCTionis. Antecedens est certum, & patet tum in illis qui ante institutionem Baptismi iustificati fuerunt, & tamen post ejus promulgationem baptizati sunt; tum in Beata Virgine, quæ ut diximus in Tractatu de Baptismo disp. 1. §. 10. fuit baptizata à Christo, licet plures Theologi pie existiment, ipsam non contraxisse peccatum originale. Consequentia verò inde probatur, quod non magis contra reliquias peccatorum actualium instituta fuerit Extrema-UNCTio, quam Baptismus contra peccatum originale.

Respondet, concessio Antecedente, negando consequentiam & paritatem. Duplex enim assignari potest ratio discriminis. Prima est, quia in forma Baptismi nullum exprimitur peccatum, uti exprimitur in forma Extrema-UNCTionis. Secunda sumitur ex eo quod susceptio Sacramenti Baptismi non solum est remedium peccati originalis, sed etiam simpliciter necessaria, ut quis sit capax recipiendi alia Sacramenta. Unde D. Thomas in 4. dist. 8. q. 1. art. 1. q. 3. ait quod *sanctificatus in utero debet Baptizari propter acquirendum characterem quo annumeretur in populo Dei, & quasi deponatur ad percipienda divina Sacramenta*. Sacramentum verò Extrema-UNCTionis non est janua ad alia Sacramenta, sed dumtaxat remedium & medicina spiritualis contra peccatorum reliquias, unde qui nullum peccatum commisisset, esset incapax huius Sacramenti.

Dices, Adultus qui nunquam peccasset actualiter, haberet reliquias peccati originalis: Ergo esset capax recipiendi Sacramentum Extrema-UNCTionis.

Sed nego Consequentiam, quia ut supra ex D. Thoma ostendimus, Sacramentum Extrema-UNCTionis non est contra reliquias peccati originalis, nisi secundum quod sunt per actualia peccata

cata quodammodo confortare & confirmare.

12. Obijciens secundo. Licet quis peccaverit actualiter, potest tamen fieri quod in eo non sine felicitate peccatorum actualium; ponamus enim quod ante Baptismum non peccavit actualiter & post ejus receptionem semel tantum aut iterum venialiter precise deliquerit, consequenter vero per multos annos ex speciali privilegio omni peccato caruerit, & in omni genere virtutum frequenter se exercuerit, tali exercitio tolluntur tandem omnes duorum illorum peccatorum venialium reliquiae: & tamen remanet ille capax hujus Sacramenti. Ergo idem esset, quamvis nullum omnino peccatum actuale commisset, neque ante neque post Baptismum.

13. Respondeo quidquid sit de Antecedente, negando Consequentiam; quemadmodum enim non valet iste discursus: Potest fieri quod quis ante receptionem Sacramenti poenitentiae affectus sit per contritionem suorum peccatorum actualium remissionem, & tamen possit recipere tale Sacramentum. Ergo & quamvis non peccasset actualiter, illud posset recipere. Ita nec valet iste: Potest fieri ut quis ante receptionem Sacramenti Extremae Unctionis, nullas habeat reliquias peccatorum, quia nimirum illae per serventissimos actus charitatis & aliarum virtutum sublatae sunt: Ergo & quamvis nullum peccatum actuale commisset, nullaeque superinde in eo fuissent unquam reliquiae peccatorum actualium, posset Sacramentum Extremae Unctionis recipere.

ARTICULUS II.

Quis sit Minister proprius istius Sacramenti?

Thomas Waldensis l. 2. de Sacramentis cap. penultimo dicit quod tempore necessitatis quando non adest Sacerdos, etiam non sacerdos valide possunt hoc Sacramentum conferre.

14. Dico tamen, de fide certum esse, Extremam Unctionem, non posse ab alio quam a Sacerdote valide administrari.

Constat ex Tridentino sess. 14. de Extrema Unctione cap. 3. & can. 4. ubi sic habetur: Si quis dixerit Presbyteros Ecclesiae, quos B. Iacobus adducendos esse ad infirmum mungendum hortatur, non esse Sacerdotes ad Episcopos ordinatos, sed aetate seniores in quavis communitate, ob idque proprium Extremae Unctionis ministrum non esse Sacerdotem, anathema sit.

Constat etiam ex praxi Ecclesiae, quae nunquam hujus Sacramenti administrationem alteri quam Sacerdoti commisit. Ratio vero congrua esse potest, quia cum Extrema Unctio, juxta Tridentinum, sit poenitentiae consummatio & completiva, docet ut non ab aliis administrari possit, quia ab illis quorum est ministrare Sacramentum poenitentiae.

15. Dices primo, Innocentius I. in epistola ad Decentium, exponens verba illa Jacobi, Infirmatur quis ex vobis, inducat Presbyteros Ecclesiae, ait: Non est dubium de fidelibus agrotantibus intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt quo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus sed omnibus Christianis uti licet in sua aut suorum necessitate: Ergo non solum Sacerdotibus, sed etiam omnibus Christianis licitum est ministrare Sacramentum Extremae Unctionis,

A Propter hanc auctoritatem Thomas Waldensis loco supra citato putavit posse laicum in auctoritate Sacerdotis hoc Sacramentum ministrare hoc loco Pontifice non loqui de unctione laici, sed de unctione, quia devotionis causa ad imitationem curandam antiquitus utebatur eum laici.

Verum haec interpretatio aliena est a mente Pontificis, & vix textui accommodari potest. Constat ex verbis Pontificis statim referendis. Melius ergo respondetur, verba illa Pontificis, Non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis uti licet, de passivo usu non de activo debere intelligi, ut sit sensus quod promiscue fideles omnes Christiani, non soli Sacerdotes oleo infirmorum ungi possint; sed non quod promiscue permittatur omnibus ut inungant. Unde Innocentius ibi addit: Ceterum illud superius videmus adiectum, ut de Episcopo amittatur quod Presbyteris licere non dubium est: Nam idem Presbyteris dictum est, quia Episcopi alii usque rationibus impediti ad omnes linguas non possunt: Ceterum si Episcopus potest aut dignus aut aliquem a se visitandum benedicere, & ungere Chrismate, potest eum est ipsum Christus ungere. Ex quibus patet supra dicta verba non posse intelligi de usu alterius olei extra Sacramentum Extremae Unctionis, ut interpretatur Sorus, cum ex professo de Extrema Unctione Innocentius loquatur, ut de illa quam Episcopi vel Presbyteris licitam esse addit.

Dices secundo: De quibusdam Aegypti Achaetis legitur quod oleum ad infirmos transtulerant, & sanabantur, ut de Simone Stilua ex lib. 9. cap. 20. in viis Patrum colligitur, & de Hilarione refert Hyeronimus in ejus vita, ubi ait: Percussit a serpentibus & aliis animalibus venenosis plerique, nisi ad Hilarionem concurrent, statim interibant; unde oleo vendito tangens universi vulnera sua, certam salutem rependunt. Similia referantur de Sancta Genoveva, in veteri legenda ejus, quae habetur ad 3. Januarii apud Surium, versus finem.

Sed facile responderetur cum S. Thoma hic quod art. 1. ad 2. quod illa unctio non erat sacramentalis, sed ex quadam devotione recipientium oleum unctio, & ex merito ingenium vel oleum misericordiam, conferebantur effectus salutis corporalis per gratiam sentiatam, non autem per gratiam sacramentalem.

Haec sunt certa & indubitata apud Theologos, sed aliqua controversia est, an possit hoc Sacramentum a pluribus Sacerdotibus valide conferri.

Respondeo breviter, hanc quaestionem duplicem sensum habere posse: Primus est, utrum solum subministret materiam unguendo, altero formam tantum proferente. Secundus, utrum unus ungit unum sensum, & proferat partem formam, alter alterum sensum ungit, & totam formam partem similiter proferat. Si in primo sensu quaestio proponitur, intelligatur, respondetur negative; sicut enim non valeret Baptismus, si ab uno materia, ab alio forma adhiberetur; ita nec Extrema Unctio, si unus Sacerdos ungeret, & alter formam proferret; & verbis enim Jacobi, aliter formam proferret; & verbis enim Jacobi, Orem super eum, ungentem. &c. habetur quod idem debet esse qui ungit, & qui orat, seu qui formam, & qui deprecatur, proferat. Si vero in posteriori sensu intelligatur, affirmative respondeo: Sicut enim Sacramentum Eucharistiae, quod

quia duplici constat materiâ & formâ partiali, à duobus Sacerdotibus potest valide confici, si nimirum unus confecerit hostiam, & alter calicem; ita pariter, quia Sacramentum Extremæ Unctionis multis constat materiis partialibus & formis, potest à pluribus Sacerdotibus valide confici, non solum successively, sed etiam simul; si nempe dum unus ungit unum sensum, & proferat partialem formam, alter alterum sensum ungit, & aliam partialem formam, proferat. Hoc tamen licite fieri nequit, cum sit contra universalem Ecclesiæ praxim, à qua recedere non licet sine urgente necessitate, qualis esset, si periculum foret, ne antequam omnes quinque unctiones ab uno Sacerdote absolventur, infirmus expiraret.

Dico secundò, etsi valide hoc Sacramentum à quovis Sacerdote administrari possit, non tamen licite, nisi vel in extrema necessitate; vel de proprii Pastoris tacita saltem licentia.

Probatur primò ex Clementina unica de privilegiis, & Clementina Dudum de sepulchris, ubi sub pena excommunicationis inhibetur, ne absque licentia Presbyteri parochialis, ullus, etiam Religiosus, Extremam Unctionem morituris administret.

Probatur secundò, quia ministrare Sacramenta est officium pastoris, quod usurpare propriâ auctoritate, & in materia adeò gravi, peccatum est grave. Dixi autem, nisi in extrema necessitate, quia in casu necessitatis, quando alias periculum esset, ne egrotus moreretur sine hoc Sacramento, potest quivis Sacerdos licite illud administrare, tametsi Parochus ei licentiam dare recuset, æqueque id ferat; quia non est intentio Ecclesiæ, propter perversam Pastoris voluntatem, velle privari hominem tali præsidio ac remedio, in tam gravi periculo.

Quæres ad complementum huius disputationis, utrum fideles teneantur sub mortali hoc Sacramentum recipere, & Parochi illud administrare etiam cum periculo vitæ propriæ, v. g. cum infirmus laborat morbo contagioso?

A Respondeo neutrum per se ad id teneri sub mortali, quia hoc Sacramentum non est ad salutem necessarium, sed tantum ad melius esse, ut scilicet vel à morbo levet, vel ad felicem exitum à vita melius præparet ad quod non desunt alia media sufficientia, puta Sacramenta poenitentiae & Eucharistiæ. Unde quamvis Parochus teneatur sub mortali, non obstante periculo vitæ, ministrare Sacramentum confessionis subdito graviter indigenti, & Sacramentum Eucharistiæ per modum Viatici, non tamen Sacramentum Extremæ Unctionis, quia primum est necessarium necessitate mediæ, secundum necessitate præcepti, tertium verò neutro modo necessarium est, cum neque sit medium ad salutem necessarium, nec ullam extet præceptum Divinū aut Ecclesiasticum illud recipiendi. Quare Ecclesia tempore interdicti prohibet dari moribundis Sacramentum Extremæ Unctionis, cap. *Quod in te*, de poenit. & remiss., quod certe non prohiberet, si esset illis necessarium necessitate mediæ vel præcepti: Sicut ob eam causam non prohibet dari illis Sacramenta Poenitentiae & Eucharistiæ per modum viatici.

C Dixi, neutrum per se ad id teneri sub mortali, quia per accidens interdum infirmus tenetur sub mortali illud recipere, puta si ex eius omissione oriretur grave scandalum, vel suspicio hæresis, vel huius Sacramenti vilipensio & contemptus; vel etiam si infirmus dubitet de sua contritione, & non possit aliud Sacramentum suscipere, cuius ope fiat ex attrito contritus; unde in eo casu tenetur Parochus illud ipsi ministrare, etiam tempore interdicti; neque enim jura & Pontifices suo interdicto hunc extraordinarium casum comprehendere censentur; imò dum tempore interdicti concedunt Baptismum, Poenitentiam, & Eucharistiam per modum Viatici, propter salutis necessitatem, tacite etiam dispensant in hoc Sacramento, cum eo quod aliud suscipere non potest quia fieri potest, ut sit eadem necessitas, idemque periculum æternæ damnationis, si hoc tali eventu omittatur.

